







Ἡ ΤΟΥ

ἩΡΟΔΟΤΟΥ

ἉΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ

ἹΣΤΟΡΙΑ.

HERODOTI

HALICARNASSENSIS

HISTORIA.

EX EDITIONE JACOBI GRONOVII;

TOMIS NOVEM.

COELATUMQUE NOVEM MUSIS OPUS. HOR.

ADJECTUS EST, EX EADEM EDITIONE, LIBER DE VITA HOMERI; VULGO SED FALSO, ADSCRIPTUS HERODOTO.

TOM. II.

GLASGUAE:
IN AEDIBUS ACADEMICIS
EXCUDEBANT ROBERTUS ET ANDREAS FOULIS
ACADEMIAE TYPOGRAPHI
MDCCLXI.



ΤΩΝ ΤΟΥ

ἩΡΟΔΟΤΟΥ

ἹΣΤΟΡΙΩΝ

ΔΕΥΤΕΡΑ,

ΕΠΙΓΡΑΦΟΜΕΝΗ

ΕΥΤΕΡΠΗ.

HERODOTI

HISTORIARUM

LIBER SECUNDUS,

QUI INSCRIBITUR

EUTERPE.

ΤΩΝ ΤΟΥ

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ἹΣΤΟΡΙΩΝ

ΔΕΥΤΕΡΑ,

ΕΠΙΓΡΑΦΟΜΕΝΗ

ΕΥΤΕΡΠΗ.

ΤΕΛΕΥΤΗΣΑΝΤΟΣ δὲ Κύρου, παρέλαβε τὴν βασιληΐην Καμβύσης, Κύρου ἐὼν παῖς καὶ Κασσανδάνης τῆς Φαρνάσπεω θυγατρός· τῆς προαποθανούσης, Κῦρος αὐτός τε πένθος μέγα ἐποιήσατο, καὶ τοῖσι ἄλλοισι προεῖπε πᾶσι τῶν ἦρχε, μέγα πένθος ποιέεσθαι. ταύτης δὲ τῆς γυναικὸς ἐὼν παῖς καὶ Κύρου Καμβύσης, Ἴωνας μὲν καὶ Αἰολέας ὡς δούλους πατρωΐους ἐόντας ἐνόμιζε· ἐπὶ δὲ Αἴγυπτον ἐποιέετο στρατηλασίην, ἄλλους τε παραλαβὼν τῶν ἦρχε, καὶ δὴ καὶ Ἑλλήνων [a], τῶν ἐπεκράτεε.

[a] Ἕλληνας.

HERODOTI
HISTORIARUM
LIBER SECUNDUS,
QUI INSCRIBITUR
EUTERPE.

CYRO vita functo, regnum suscepit CAMBYSES, ejus et Cassandanae Pharnaspe genitae filius: quam ante virum defunctam Cyrus ingenti luctu et ipse prosequutus est, et ceteris quibus imperabat, eam ingenti luctu prosequi praecepit. His parentibus ortus Cambyses, quum Iones et Aeolenses pro patriis servis haberet, adversus Aegyptios fecit expeditionem, comparato cum ex subjectis aliis, tum vero e Graecis quibus dominabatur, exercitu.

2. Aegyptii autem, priusquam apud eos regnaret PSAMMETICHUS, omnium hominum se primos extitisse arbitrabantur: verum Psammeticho regnum adepto, quem incessit cupido noscendi quinam primi hominum extitissent, ex eo tempore putaverunt Phrygas quam se priores extitisse, se vero quam ceteros. Enimvero Psammetichus, quum sciscitando quinam primi hominum extitissent, nullam viam hujus curae invenire posset, hujusmodi rem machinatur: Puerulos duos ex humilibus parentibus recens natos, tradit pastori inter pecora nutriendos hunc in modum: jubens nihil coram eis vocem ullam edere, sed in deserta casa ambos seorsum locari, eisdemque suo tempore capras adducere: ubi autem lacte expleti forent, alia administrari. Haec ideo faciebat jubebatque Psammetichus, quod quae vox prima ex his puerulis e-

β'. Οἱ δὲ Αἰγύπτιοι, πρὶν μὲν ἢ Ψαμμήτιχος [b] σφέων βασιλεῦσαι, ἐνόμιζον ἑωϋτοὺς πρώτους γενέσθαι πάντων ἀνθρώπων· ἐπειδὴ δὲ [c] Ψαμμήτιχος βασιλεύσας, ἠθέλησε εἰδέναι οἵ τινες γενοίατο πρῶτοι, ἀπὸ τούτου νομίζουσι Φρύγας προτέρους γενέσθαι ἑωϋτῶν, τῶν δὲ ἄλλων, ἑωϋτούς. Ψαμμήτιχος δὲ ὡς [d] οὐκ ἐδύνατο πυνθανόμενος πόρον οὐδένα τούτου ἀνευρεῖν οἳ γενοίατο πρῶτοι ἀνθρώπων, ἐπιτεχνᾶται τοιόνδε· παιδία δύο νεογνὰ ἀνθρώπων τῶν ἐπιτυχόντων δίδωσι [e] ποιμένι τρέφειν ἐς τὰ ποίμνια τροφήν τινα τοιήνδε· ἐντειλάμενος μηδὲν ἀντίον [f] αὐτέων μηδεμίην φωνὴν ἱέναι, ἐν στέγῃ δὲ ἐρήμῃ ἐπ' ἑωϋτῶν κέεσθαι αὐτά, καὶ τὴν ὥρην ἐπάγειν σφι αἶγας [g]. πλήσαντας [h] δὲ τοῦ γάλακτος, τἆλλα διαπρήσσεσθαι. ταῦτα δὲ ἐποίεέ τε καὶ [i] ἐνετέλλετο ὁ Ψαμμήτιχος, θέλων ἀκοῦσαι τῶν παιδίων, ἀπαλλαχθέντων τῶν

[b] Ψαμμήτιχον. [c] ἐπεὶ δέ. [d] γὰρ ὡς. [e] διδοῖ. [f] μηδένα ἀντίον. [g] ἐπαγινέειν σφίσι αἶγας. [h] πλήσαντα. [i] ἐποιέετο καί.

ἀσήμων κνυζημάτων, ἥντινα φωνὴν ῥήξουσι πρώτην. τάπερ ὦν καὶ ἐγένετο. ὡς γὰρ διέτης χρόνος ἐγεγόνεε, ταῦτα τῷ ποιμένι πρήσσοντι, ἀνοίγοντι τὴν [a] θύρην, καὶ εἰσιόντι, τὰ παιδία ἀμφότερα προσπίπτοντα, βεκὸς [b] ἐφώνεον, ὀρέγοντα τὰς χεῖρας. τὰ μὲν δὴ πρῶτα ἀκούσας, ἥσυχος ἦν ὁ ποιμήν· ὡς δὲ πολλάκι φοιτέοντι καὶ ἐπιμελουμένῳ πολλὸν ἦν τοῦτο τὸ ἔπος, οὕτω δὴ σημήνας τῷ δεσπότῃ, ἤγαγε τὰ παιδία κελεύσαντος ἐς ὄψιν τὴν ἐκείνου. ἀκούσας δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Ψαμμήτιχος, ἐπυνθάνετο οἵτινες ἀνθρώπων βεκὸς τὶ καλέουσι. πυνθανόμενος δὲ, εὕρισκε Φρύγας καλέοντας τὸν ἄρτον. οὕτω συνεχώρησαν Αἰγύπτιοι, καὶ τοιούτῳ σταθμησάμενοι πρήγματι, τοὺς Φρύγας πρεσβυτέρους εἶναι ἑωϋτῶν.

γ΄. Ὧδε μὲν γενέσθαι τῶν ἱρέων τοῦ Ἡφαίστου τοῦ ἐν [c] Μέμφι ἤκουον. Ἕλληνες δὲ λέγουσι ἄλλά τε μάταια πολλὰ, καὶ

[a] ἀνοίγοντί τε τὴν. [b] βέκκος idque bis. [c] τοῦ Ἡφαίστου ἐν.

rumperet, ubi inarticulate vagire desissent, audire cuperet: prout et contigit. Nam bimatus exacto tempore, pastori qui haec administrabat, aperienti januam atque intranti, ambo pueruli porrectis manibus allabentes, becos clamabant. Quod primo audiens pastor obticuit: quum verò crebrius adeunti et curanti idem verbum frequentaretur, ita demum re domino indicata, jussus ab eo, puerulos attulit exhibuitque. Quos quum et ipse Psammetichus audisset, percontabatur quinam homines becos quippiam appellarent. Haec percontans comperit Phrygas panem appellare. Tali modo quum rem ponderavissent, Aegyptii Phrygas se vetustiores esse concesserunt.

3. Quod ita actum esse ex sacerdotibus Vulcani in urbe Memphi audiebam. Graeci tamen cum alia multa inepta memorant, tum vero Psammetichum pue-

ros nutriendos ita curasse apud mulieres, quarum linguas excidisset. Et talia de puerorum nutrimentis referebant. Alia quoque apud Memphin audivi ex Vulcani sacerdotibus, cum quibus in colloquium veni. Quinetiam harum ipsarum rerum gratia et Thebas et Heliopolin me contuli, animo cognoscendi, nunquid consentanea dicturi essent iis quae Memphi dicerentur. Nam Heliopolitani feruntur Aegyptiorum esse solertissimi. Quas vero narrationes ad divina pertinentes audivi, eas non libenter in publicum enunciaverim, nisi ipsorum tantummodo nomina; existimans omnes homines idem novisse de his. quorum quicquid commemorabo, id oratione coactus commemorabo.

4. QUAE autem humana negotia sunt, haec ita referebant inter se convenientes. Omnium hominum primos Ae-

ὡς γυναικῶν τὰς γλώσσας ὁ Ψαμμήτιχος ἐκταμὼν, τὴν δίαιταν οὕτως ἐποιήσατο τῶν παιδίων παρὰ ταύτῃσι τῇσι γυναιξί. κατὰ μὲν δὴ τὴν τροφὴν τῶν παιδίων τοσαῦτα ἔλεγον. ἤκουσα δὲ καὶ ἄλλα ἐν Μέμφι, ἐλθὼν ἐς λόγους τοῖσι ἱρεῦσι τοῦ Ἡφαίστου· καὶ δὴ καὶ ἐς Θήβας τε καὶ ἐς Ἡλιούπολιν αὐτέων τουτέων εἵνεκεν [d] ἐτραπόμην, ἐθέλων εἰδέναι εἰ συμβήσονται τοῖσι λόγοισι τοῖσι ἐν Μέμφι. οἱ γὰρ Ἡλιουπολῖται λέγονται Αἰγυπτίων εἶναι λογιώτατοι [e]. τὰ μέν νυν θεῖα τῶν ἀπηγημάτων οἷα ἤκουον, οὐκ εἰμὶ πρόθυμος ἐξηγέεσθαι ἔξω ἢ τὰ οὐνόματα αὐτέων μοῦνον· νομίζων πάντας ἀνθρώπους ἴσον περὶ αὐτῶν ἐπίστασθαι. τὰ δ' ἂν ἐπιμνησθῶ αὐτῶν, ὑπὸ τοῦ λόγου ἐξαναγκαζόμενος [f] ἐπιμνησθήσομαι.

δ΄. Ὅσα δὲ ἀνθρωπήϊα πρήγματα, ὧδε ἔλεγον ὁμολογέοντες σφίσι· πρώτους Αἰγυπτίους ἀνθρώπων ἁπάντων ἐξευρέειν τὸν

[d] αὐτέων εἵνεκεν. [e] λογιμώτατοι. [f] ἀναγκαζόμενος.

ἐνιαυτὸν, δυώδεκα μέρεα δασαμένους τῶν ὡρέων ἐς αὐτόν. ταῦτα δὲ ἐξευρέειν ἐκ τῶν ἄστρων [g] ἔλεγον. ἄγουσι δὲ τοσῷδε σοφώτερον Ἑλλήνων, ἐμοὶ δοκέειν [h], ὅσῳ Ἕλληνες μὲν διὰ τρίτου ἔτεος ἐμβόλιμον ἐπεμβάλλουσι, τῶν ὡρέων εἵνεκεν· Αἰγύπτιοι δὲ τριηκοντημέρους ἄγοντες τοὺς δυώδεκα μῆνας, ἐπάγουσι ἀνὰ πᾶν ἔτος πέντε ἡμέρας πάρεξ τοῦ ἀριθμοῦ. καί σφι ὁ κύκλος τῶν ὡρέων ἐς τὠυτὸ περιϊὼν, παραγίνεται. δυώδεκά τε θεῶν ἐπωνυμίας ἔλεγον πρώτους Αἰγυπτίους νομίσαι, καὶ Ἕλληνας παρὰ σφέων ἀναλαβεῖν. βωμούς τε καὶ ἀγάλματα καὶ νηοὺς θεοῖσι ἀπονεῖμαι σφέας πρώτους, καὶ ζῶα ἐν λίθοισι ἐγγλύψαι. καὶ τούτων [i] μέν νυν τὰ πλέω ἔργῳ ἐδήλουν οὕτω γενόμενα. βασιλεῦσαι δὲ πρῶτον Αἰγύπτου ἀνθρώπων ἔλεγον Μῆνα [k]. ἐπὶ τούτου, πλὴν τοῦ Θηβαϊκοῦ νομοῦ, πᾶσαν Αἴγυπτον εἶναι ἕλος· καὶ αὐτῆς εἶναι

g ἀστέρων. h ὡς ἐμοὶ δοκέει. i ἐγγλύψαι τυπέων. k πρῶτον ἀνθρώπων ἔλεγον Μῆνα.

gyptios annum reperisse, descriptis per eum duodecim temporum partibus. Et haec excogitavisse ex astris dicebant; tanto prudentius, me arbitro, hoc ducentes quam Graeci; quod Graeci quidem tertio quoque anno intercalarem adinducunt, temporum gratia: Aegyptii vero tricenorum dierum tenentes duodecim menses, adjiciunt cuique anno quinos dies extra numerum, unde eis circulus temporum constat eôdem rediens. Aegyptios quoque primos, duodecim deorum cognomina in usu habuisse, et ab illis Graecos fuisse mutuatos. Item primos ipsos diis et aras et simulacra et delubra statuisse: quinetiam animalia in saxis sculpsisse: quarum rerum pleraque sic effecta opere demonstrabant. Praeterea primum in Aegypto mortalium regnasse Meinem, ac sub eo omnem Aegyptum, praeter Thebaicam praefecturam, paludem fuisse: ex

eaque nihil eorum quae nunc ſunt infra ſtagnum Moerios, eminuiſſe: in quod ſtagnum a mari per flumen ſeptem diebus navigatur.

5. Atque de regione bene mihi dicere videbantur. manifeſtum enim eſt ei qui, etſi antea non audierit, tamen inſpexerit, modo ſit ſolertia praeditus, Aegyptum in quam Graeci navigant, acquiſitam Aegyptiis eſſe terram, ac fluminis donum: quinetiam loca quae ſupra ſtagnum hoc ſunt, ad trium uſque dierum navigationem; de qua non jam tale quicquam commemorabant. Eſt autem aliud tale. Aegyptiacae regionis hujuſcemodi natura eſt: Jam primum adhuc adnavigans et diſtans ab ea diurno curſu, demiſſa bolide coenum attolles et eris in undecim orgyis vel profunditate quatuor et quadraginta cubitorum, quae res declarat eatenus eſſe profuſionem telluris.

6. Porro autem ipſius Aegypti longi-

οὐδὲν ὑπερέχον τῶν νῦν ἔνερθε λίμνης τῆς Μοίριος [a] ἐόντων· ἐς τὴν ἀνάπλους ἀπὸ θαλάσσης ἑπτὰ ἡμερέων ἐστὶ ἀνὰ τὸν ποταμόν.

έ. Καὶ εὖ μοι ἐδόκεον λέγειν περὶ τῆς χώρης. δῆλα γὰρ καὶ [b] μὴ προακούσαντι, ἰδόντι δὲ, ὅς τις γε σύνεσιν ἔχει, ὅτι Αἴγυπτος, ἐς τὴν Ἕλληνες ναυτίλλονται, ἐστὶ Αἰγυπτίοισι ἐπίκτητός τε γῆ, καὶ δῶρον τοῦ ποταμοῦ· καὶ τὰ κατύπερθε ἔτι τῆς λίμνης ταύτης, μέχρι τριῶν ἡμερέων πλόου, τῆς πέρι ἐκεῖνοι οὐδὲν ἔτι τοιόνδε ἔλεγον. Ἐστι δὲ ἕτερον τοιόνδε [c]. Αἰγύπτου γὰρ φύσις τῆς χώρης ἐστὶ τοιήδε. πρῶτα μὲν προσπλέων ἔτι, καὶ ἡμέρης δρόμον ἀπέχων ἀπὸ γῆς, κατεὶς καταπειρητηρίην, πηλόν τε ἀνοίσεις, καὶ ἐν ἕνδεκα ὀργυιῇσι ἔσεαι. τοῦτο μὲν ἐπὶ τοσοῦτον δηλοῖ πρόχυσιν τῆς γῆς ἐοῦσαν.

ς́. Αὖτις δὲ αὐτῆς Αἰγύπτου ἐστὶ μῆκος [d]

[a] Μύριος. [b] γὰρ δὴ καί. [c] τοιοῦτον. [d] Αὐτῆς δὲ τῆς Αἰγύπτου ἐστὶ μῆκος.

τὸ παρὰ θάλασσαν, ἑξήκοντα σχοῖνοι, κατὰ ἡμέες διαιρέομεν εἶναι Αἴγυπτον ἀπὸ τοῦ πλινθινήτεω [e] κόλπου μέχρι Σερβωνίδος λίμνης, παρ᾽ ἣν τὸ Κάσιον ὄρος. ταύτης ὦν ἀπὸ οἱ [f] ἑξήκοντα σχοῖνοί εἰσι· ὅσοι μὲν γὰρ γεωπεῖναί εἰσι ἀνθρώπων, ὀργυιῇσι μεμετρήκασι τὴν χώρην· ὅσοι δὲ ἧσσον γεωπεῖναι, σταδίοισι· οἱ δὲ πολλὴν ἔχουσι, παρασάγγῃσι· οἱ δὲ ἄφθονον λίην, σχοίνοισι. δύναται δὲ ὁ μὲν παρασάγγης τριήκοντα στάδια· ὁ δὲ σχοῖνος ἕκαστος, μέτρον ἐὸν Αἰγύπτιον, ἑξήκοντα στάδια. οὕτω ἂν εἴησαν Αἰγύπτου στάδιοι ἑξακόσιοι καὶ τρισχίλιοι, τὸ παρὰ θάλασσαν.

ζ. Ενθεῦτεν μὲν καὶ [g] μέχρι Ἡλιουπόλιος ἐς τὴν μεσόγαιαν, ἐστὶ εὐρέα Αἴγυπτος, ἐοῦσα πᾶσα ὑπτίη τε καὶ ἄνυδρος, καὶ ἰλύς. ἔστι δὲ ὁδὸς ἐς τὴν Ἡλιούπολιν ἀπὸ θαλάσσης ἄνω ἰόντι, παραπλησίη τὸ μῆκος τῇ ἐξ Αθηναίων ὁδῷ τῇ ἀπὸ τῶν δυώδεκα· θεῶν τοῦ βωμοῦ φε-

[e] Πλινθηνήτεω. [f] ὄρος τείνει· ταύτης ὦν οἱ. [g] Ενθεῦτεν καὶ.

tudo ſecundum mare eſt ſexaginta ſchoenorum, quemadmodum nos Aegyptum eſſe diſtinguimus a ſinu Plinthinete, uſque ad paludem Serbonida, ad quam mons Caſius. Itaque ab hac ſunt ſexaginta ſchoeni. Etenim qui modicum terrae poſſident, menſi ſunt illam per orgyias vel menſuram quatuor cubitorum: qui minus inopes terrae, ſtadiis: qui multum poſſident, paraſangis: qui plurimum quantum, ſchoenis. Reſpondet autem paraſanga tricenis ſtadiis; ſchoenus, menſura Aegyptiaca, ſexagenis. Ita erat Aegyptus propter mare ſtadiorum trium millium ſexcentorum.

7. Hinc quidem etiam ad Heliopolin mediterranea verſus Aegyptus lata eſt, ſupina omnis et aquarum inops ſimul ac limoſa. A mari autem verſus Heliopolin adſcendenti, iter eſt ejuſdem ſpatii, cujus id quod ex Athenis ab ara duodecim de-

orum fert Pisam et ad delubrum Jovis Olympii: quae itinera siquis computet, inveniat parum quiddam differre quominus sit par earum longitudo, non amplius quindecim stadiis. Nam viae quae ex Athenis Pisam fert, quindecim stadia desunt, ut sit mille et quingentorum stadiorum: at ea quae a mari ad Heliopolin ducit, hunc numerum complet.

8. Ab Heliopoli autem superiora petenti Aegyptus angusta est. nam ab una parte mons Arabiae praetentus est, ab aquilone ferens ad meridiem atque ad austrum, semper sursum tendens ad mare quod rubrum vocatur. In eo sunt lapidicinae, ad pyramides, quae sunt apud Memphin, excisae. Ibi quidem desinens mons reflectit in quae dictum est. Qua vero longissimus sui ipsius est, duorum ego audiebam id mensium itineris esse ab aurora ad vesperam; et ejus extrema quae ad

ῥούση ἔς τε Πεῖσαν [a] καὶ ἐπὶ τὸν νηὸν τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου. σμικρόν τι τὸ διάφορον [b] εὕροι τὶς ἂν λογιζόμενος τῶν ὁδῶν τουτέων τὸ μὴ ἴσας μῆκος εἶναι [c], οὐ πλέον πεντεκαίδεκα σαδίων. ἡ μὲν γὰρ ἐς Πεῖσαν [d] ἐξ Ἀθηναίων, καταδεῖ πεντεκαίδεκα σαδίων, μὴ [e] εἶναι πεντακοσίων καὶ χιλίων· ἡ δὲ ἐς Ἡλιούπολιν ἀπὸ θαλάσσης, πληροῖ ἐς τὸν ἀριθμὸν τοῦτον.

η΄. Ἀπὸ δὲ Ἡλιουπόλιος ἄνω ἰόντι, σεινή ἐσι Αἴγυπτος. Τῇ μὲν γὰρ τῆς Ἀραβίης ὄρος παρατέταται, φέρον ἀπ' ἄρκτου πρὸς μεσαμβρίης τε καὶ νότου [f], αἰεὶ ἄνω τεῖνον ἐς τὴν Ἐρυθρὴν καλεομένην θάλασσαν· ἐν τῷ αἱ λιθοτομίαι [g] ἔνεισι, αἱ ἐς τὰς πυραμίδας κατατμηθεῖσαι τὰς ἐν Μέμφι. ταύτῃ μὲν λῆγον, ἀνακάμπτει ἐς τὰ εἴρηται, τὸ ὄρος. τῇ δὲ αὐτὸ ἑωϋτοῦ ἐσὶ μακρότατον [h], ὡς ἐγὼ ἐπυνθανόμην δύο μηνῶν αὐτὸ εἶναι τῆς ὁδοῦ ἀπὸ

[a] Πίσσαν. [b] τι διαφόρον. [c] μὴ ἴσας εἶναι. [d] Πίσσαν. [e] σταδίων ὡς μή. [f] μεσαμβρίην τε καὶ νότον. [g] τῷ καὶ λιθοτομίαι. [h] μακρότερον.

ἠοῦς [a] πρὸς ἑσπέρην· τὰ δὲ πρὸς τὴν ἠῶ [b], λιβανωτοφόρα αὐτοῦ τὰ τέρματα εἶναι. τοῦτο μέν νυν τὸ ὄρος τοιοῦτόν ἐστι. Τὸ δὲ πρὸς Λιβύης τῆς Αἰγύπτου ὄρος ἄλλο πέτρινον τείνει, ἐν τῷ αἱ πυραμίδες ἔνεισι, ψάμμῳ καλειλυμένον τὸν [c] αὐτὸν τρόπον καὶ τοῦ Αραβίου τὰ πρὸς μεσαμβρίην φέροντα. τὸ ὦν δὴ ἀπὸ Ἡλιουπόλιος, οὐκέτι πολλῶν χωρίων ὡς εἶναι Αἰγύπτου, ἀλλ' ὅσον τε ἡμερέων τεσσέρων ἀναπλόου στεινή ἐστι Αἴγυπτος ἐοῦσα. τῶν οὐρέων [d] τῶν εἰρημένων τὸ μεταξὺ, πεδιὰς μὲν γῆ, στάδιοι δὲ μάλιστα ἐδόκεόν μοι εἶναι, τῇ στεινότατόν ἐστι, διηκοσίων οὐ πλείους, ἐκ τοῦ Αραβίου οὔρεος ἐς τὸ Λιβυκὸν καλεύμενον. τὸ δ' ἐνθεῦτεν αὖτις εὐρέα Αἴγυπτός ἐστι.

Θ'. Πέφυκε μέν νυν ἡ [e] χώρη αὕτη οὕτω. ἀπὸ δὲ Ἡλιουπόλιος ἐς Θήβας ἐστι ἀνάπλοος ἐννέα ἡμερέων· στάδιοι δὲ τῆς ὁδοῦ ἑξήκοντα καὶ ὀκτακόσιοι καὶ τετρακισχι-

[a] ἀπὸ ἕω. [b] τὴν ἕω. [c] κατειλημμένον, τεταμένον, τόν. [d] τῶν δὲ οὐρέων. [e] μὲν ὦν ἡ.

auroram vergunt, feracia thuris. Atque hic quidem mons talis eſt. Latus autem Aegyptii verſus Africam alius mons ſaxeus urget, in quo pyramides ſunt, ſabulo obvolutus, eodem modo quo Arabici montis partes quae ad meridiem ferunt. Quod igitur ab Heliopoli patet, tale eſt, ut non multarum regionum ſit Aegypti; ſed Aegyptus eſt anguſta, quatuor dierum navigationis. Horum quos dixi montium medium campeſtris eſt terra, ſtadiorum ferme (ut mihi videbatur) qua parte arctiſſima eſt, non amplius ducentorum, e monte Arabico ad eum qui dicitur Libycus. Illinc vero rurſus Aegyptus laxa eſt.

9. Atque ita ſitus regionis hujus natura comparatus eſt. Ab Heliopoli autem ad Thebas novem diebus ſurſum navigatur, ſpatio quatuor millium octingento-

rum et ſexaginta ſtadiorum, hoc eſt, unius et octoginta ſchoenorum: quae Aegypti ſtadia compoſita, ſecundum quidem mare ſunt, prout a me ſuperius indicatum eſt, tria millia ſexcenta: quantum vero a mari ad mediterranea uſque Thebas ſit, indicabo. ſunt enim ſex millia ac centum viginti ſtadia: a Thebis autem ad urbem nomine Elephantinam, octingenta et mille.

10. Hujus igitur regionis quae a me dicta eſt, pleraque pars, ut ſacerdotes ajebant, etiam mihi ipſi eſſe videbatur acquiſita Aegyptiis. Siquidem quod inter dictos montes, ſupra Memphin urbem poſitos, medium eſt, videbatur mihi ſinus maris aliquando fuiſſe, quemadmodum ea quae ſunt circa Ilium, et Teuthraniam, et Epheſum, et Maeandri campum, ut haec parva magnis comparare liceat. quoniam

λιοι, χοίνων ἑνὸς καὶ ὀγδώκοντα ἐόντων. οὗτοι συντεθειμένοι στάδιοι Αἰγύπτου τὸ μὲν παρὰ θάλασσαν, ἤδη μοι καὶ πρότερον δεδήλωται ὅτι ἑξακοσίων τέ ἐστι σταδίων καὶ τρισχιλίων· ὅσον δέ τι ἀπὸ θαλάσσης ἐς μεσόγαιαν μέχρι Θηβαίων ἐστὶ [a] σημανέω. στάδιοι γάρ εἰσι εἴκοσι καὶ ἑκατὸν καὶ ἑξακισχίλιοι. τὸ δὲ ἀπὸ Θηβαίων ἐς Ἐλεφαντίνην καλεομένην πόλιν, στάδιοι χίλιοι καὶ [b] ὀκτακόσιοι εἰσί.

ι΄. Ταύτης ὦν τῆς χώρης τῆς εἰρημένης ἡ πολλή, κατάπερ οἱ ἱρέες ἔλεγον, ἐδόκεε καὶ [c] αὐτῷ μοι εἶναι ἐπίκτητος Αἰγυπτίοισι. τῶν γὰρ οὐρέων τῶν εἰρημένων τῶν ὑπὲρ Μέμφιν πόλιν κειμένων τὸ μεταξὺ ἐφαίνετό [d] μοι εἶναί κοτε κόλπος θαλάσσης, ὥσπερ γε τὰ περὶ [e] Ἴλιον, καὶ Τευθρανίην, καὶ Ἔφεσόν τε, καὶ Μαιάνδρου πεδίον· ὥστε εἶναι [f] σμικρὰ ταῦτα μεγάλοισι συμβαλέειν. τῶν γὰρ

[a] δὲ τῇ ἀπὸ θαλάσσης μέχρι Θηβαίων μεσόγαιά ἐστι. [b] στάδιοι εἴκοσι καὶ. [c] ἐδόκεε δὲ καί. [d] μεταξὺ γ' ἐφαίνετο. [e] ὥσπερ τά τε περί. [f] ὡς εἶναι.

ταῦτα τὰ χωρία προχωσάντων ποταμῶν, ἑνὶ τῶν ςομάτων τῦ Νείλου ἐόντος πενταςόμυ [a], οὐδεὶς αὐτῶν πλήθεος πέρι ἄξιος συμβληθῆναί ἐςι. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι ποταμοὶ οὐ κατὰ τὸν Νεῖλον ἐόντες μεγάθεα [b], οἵ τινες ἔργα ἀποδεξάμεναι μεγάλα εἰσί· τῶν ἐγὼ φράσαι ἔχω ὐνόματα, ϗ ἄλλων, ϗ ὐκ ἥκιςα Αχελώυ· ὃς ῥέων δι' Ακαρνανίης, ϗ ἐξιεὶς [c] ἐς τὴν θάλασσαν, τῶν Εχινάδων νήσων τὰς ἡμίσεας ἤδη ἤπειρον πεποίηκε.

ια'. Εςι δὲ τῆς Αραβίης χώρης, Αἰγύπτου δὲ οὐ πρόσω, κόλπος θαλάσσης ἐσέχων ἐκ τῆς Ερυθρῆς καλεομένης θαλάσσης, μακρὸς [d] οὕτω δή τι ϗ ςεινὸς, ὡς ἔρχομαι φράσων. μῆκος μὲν πλόυ, ἀρξαμένῳ ἐκ μυχῦ διεκπλῶσαι ἐς τὴν εὐρεῖην θάλασσαν, ἡμέραι ἀναισιμῦνται τεσσεράκοντα, εἰρεσίῃ χρεωμένῳ· εὖρος δὲ, τῇ εὐρύταλός ἐςι ὁ κόλπος, ἥμισυ ἡμέρης πλόυ. ῥηχίη δ' ἐν αὐτῷ ϗ ἄμπωτις ἀνὰ πᾶσαν

[a] ἑπτάςομυ. [b] μεγάθεες. [c] ἐξιών. [d] καλεομένης, μακρὸς.

nullum eorum fluminum quae has regiones oblimaverunt, dignum est comparari uni ex quinque ostiis Nili respectu copiae et multitudinis aquarum. Sunt et alii fluvii nequaquam magnitudine Nilum aequantes, qui magna opera ediderunt, quorum nomina possem referre; cum aliorum, tum vero non minimum Acheloi, qui per Acarnaniam fluens et emissus in mare Echinadum insularum dimidiam partem fecit jam continentem.

11. Est autem Arabicae regionis, non procul tamen ab Aegypto, sinus maris, invergens ex eo mari quod rubrum vocatur, ita longus atque arctus, ut disserendo ostendam. Longitudo quidem, inchoanti pernavigare ex recessu in amplum aequor, consumit quadraginta dies, si remigatio usurpetur: latitudo vero, ubi sinus amplissimus est, dimidiatum diem navigationis. In quo sinu quotidie aestus

et recessus est. Alium hujusmodi arbitror sinum etiam extitisse Aegyptum; ex quibus ille quidem, a mari septentrionali sinus infundens Aethiopiam versus: alter vero Arabicus (de quo a me sermo instituetur) ab Austrino Syriam versus tendit: qui prope sibi invicem suos recessus perforant, sed exiguo quodam terrae intervallo dirempti. Quod si in hunc Arabicum sinum Nilus volet alveum suum convertere, quid eum prohibebit isto fluente utique intra viginti millia annorum oblimatum iri? Ego enim credo etiam intra decem millia aggeratum et oblimatum alicubi esse in eo tempore, quod ante me natum transiit. Et non rursus oblimaretur sinus etiam qui multo major esset hoc Arabico, a tanto flumine atque ita operoso?

12. Itaque quae circa Aegyptum sunt, et dicentibus illa credo, et ipse ita habere valide existimo. quippe quum videam

ἡμέρην γίνεται. ἕτερον τοιοῦτον κόλπον καὶ τὴν Αἴγυπτον δοκέω γενέσθαι κου· τὸν[e] μὲν, ἐκ τῆς Βορέης θαλάσσης κόλπον ἐσέχοντα ἐπ᾽[f] Αἰθιοπίης· τὸν δὲ, Αράβιον, τὸν ἔρχομαι λέξων, ἐκ τῆς νοτίης φέροντα ἐπὶ Συρίης· σχεδὸν μὲν ἀλλήλοισι συντετραίνοντας[g] τοὺς μυχοὺς, ὀλίγον δέ τι παραλλάσσοντας τῆς χώρης. εἰ ὦν ἐθελήσει[h] ἐκτρέψαι τὸ ῥέεθρον ὁ Νεῖλος ἐς τοῦτον τὸν Αράβιον κόλπον, τί μιν κωλύει ῥέοντος τούτου ἐκχωσθῆναι[i] ἐντός γε δισμυρίων ἐτέων; ἐγὼ μὲν γὰρ ἔλπομαί γε καὶ μυρίων[k] ἐντὸς χωσθῆναι ἄν κου γε δὴ ἐν τῷ προαναισιμωμένῳ χρόνῳ πρότερον ἢ ἐμὲ γενέσθαι, οὐκ ἀναχωσθείη[l] κόλπος, καὶ πολλῷ μέζων ἔτι τούτου, ὑπὸ τοσούτου τε ποταμοῦ καὶ οὕτως ἐργατικοῦ;

ιβ΄. Τὰ περὶ Αἴγυπτον ὦν, καὶ τοῖσι λέγουσι αὐτὰ πείθομαι, καὶ αὐτὸς οὕτω κάρτα δοκέω εἶναι, ἰδών τε τὴν Αἴγυπτον

[e] καὶ ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον δοκέω γενέσθαι· τόν. [f] θαλάσσης ἔχοντα ἐπ᾽. [g] συμπεραίνοντας. [h] εἰ ὦν δὴ ἐθελήσει. [i] χωσθῆναι. [k] ἔλπομαί γε μυρίων. [l] οὐκ ἂν χωσθείη.

προκειμένην τῆς ἐχομένης γῆς, κογχύλιά τε φαινόμενα ἐπὶ τοῖσι ὄρεσι, καὶ ἅλμην ἐπανθέουσαν· ὥστε καὶ τὰς πυραμίδας δηλέεσθαι· καὶ ψάμμον μοῦνον Αἰγύπτου ὄρος τοῦτο τὸ ὑπὲρ Μέμφιος ἔχον. πρὸς δὲ τῇ χώρῃ, οὔτε τῇ Αραβίῃ προσούρῳ ἐούσῃ τὴν Αἴγυπτον προσεικέλην, οὔτε τῇ Λιβύῃ, οὐ μὲν οὐδὲ τῇ Συρίῃ, (τῆς γὰρ Αραβίης τὰ παρὰ θάλασσαν Σύριοι νέμονται) ἀλλὰ μελάγγαιόν τε [a] καὶ κατεῤῥηγνυμένην, ὥστε ἐοῦσαν ἰλύν τε καὶ πρόχυσιν ἐξ Αἰθιοπίης κατενηνειγμένην [b] ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ. τὴν δὲ Λιβύην ἴδμεν ἐρυθροτέρην τε γῆν, καὶ ὑποψαμμοτέρην· τὴν δὲ Αραβίην τε καὶ Συρίην ἀργιλωδεστέρην τε καὶ ὑπόπετρον ἐοῦσαν.

ιγ΄. Ελεγον δὲ καὶ τόδε μοι μέγα τεκμήριον περὶ τῆς χώρης ταύτης οἱ ἱρέες, ὡς ἐπὶ Μοίριος [c] βασιλῆος, ὅκως ἔλθοι ὁ ποταμὸς ἐπὶ ὀκτὼ πήχεας τὸ ἐλάχιστον, ἄρδεσκε [d] Αἴγυπτον τὴν ἔνερθε Μέμφιος.

[a] μελάγγεόν τε. [b] καταικενηνεγμένην. [c] Μύριος. [d] ἀρδέεσκε.

et Aegyptum procurrere extra vicinam regionem, et conchylia apparere in montibus, ac salsuginem efflorescere, ita ut etiam pyramides corrumpat: et hunc montem qui in Aegypto est super Memphin, arenas solas habere. Praeterea autem regione nec Arabiae conterminae Aegyptum adsimilem esse, neque Africae, immo nec Syriae (etenim Arabiae maritimam oram Syrii incolunt) sed nigram terram et confractam, quippe quae sit limus et proluvies ex Aethiopia delata ab flumine. Nam Africam scimus humum magis rubram esse, et fere arenosiorem; Arabiam vero atque Syriam, argillosiorem ac suppetrosam.

13. Quinetiam hoc magnum hujus regionis documentum mihi ajebant sacerdotes, sub rege Moeri fluvium, quoties octo minimum cubitos adscenderet, irri-

gasse Aegyptum quae infra Memphin est. necdum ab obitu Moerios nongenti erant anni, quum haec ego a sacerdotibus audiebam. At nunc, nisi ad sedecim aut minimum ad quindecim cubitos adscendat fluvius, in regionem non supergreditur. Quae regio, si proportione sic in altum surgat, et tantundem ad incrementum tendat, non restagnante in eam Nilo, videntur mihi Aegyptii, utique Aegyptiorum illi qui infra paludem Moerin incolunt cum alia loca, tum vero eum qui vocatur Delta, idem passuri omni futuro tempore Aegyptii, quod ajebant ipsi passuros aliquando Graecos. Nam quum audirent omnem Graecorum terram pluvia perfundi, non rigari fluminibus, ut suam, dicebant fore ut Graeci decepti aliquando magna spe, male esurirent. Qui sermo hoc dicere vult, Graecos si nolit eis deus

καὶ Μοίρι [a] οὔκω ἦν ἔτεα ἐννακόσια τετελευτηκότι [b], ὅτε τῶν ἱρέων ταῦτα ἐγὼ ἤκουον. νῦν δὲ εἰ μὴ ἐπ' ἑκκαίδεκα ἢ πεντεκαίδεκα πήχεας ἀναβῇ τοὐλάχιστον ὁ ποταμὸς, οὐκ ὑπερβαίνει ἐς τὴν χώρην. δοκέουσί τέ μοι [c] Αἰγυπτίων οἱ ἔνερθε τῆς λίμνης τῆς Μοίριος [d], οἰκέοντες τά τε ἄλλα χωρία καὶ τὸ καλεόμενον Δέλτα, ἢν οὕτω ἡ χώρη αὕτη κατὰ λόγον ἐπιδιδοῖ ἐς ὕψος, καὶ τὸ ὅμοιον ἀποδιδοῖ ἐς αὔξησιν, μὴ κατακλύζοντος αὐτὴν τοῦ Νείλου, πείσεσθαι τὸν πάντα χρόνον τὸν ἐπίλοιπον Αἰγύπτιοι, τό κοτε αὐτοὶ Ἕλληνας ἔφασαν πείσεσθαι. πυθόμενοι γὰρ [e] ὡς ὕεται πᾶσα ἡ χώρη τῶν Ἑλλήνων, ἀλλ' οὐ ποταμοῖσι ἄρδεται, κατάπερ ἡ σφετέρη, ἔφασαν Ἕλληνας ψευσθέντας κοτὲ ἐλπίδος μεγάλης, κακῶς πεινήσειν. τὸ δὲ ἔπος τοῦτο ἐθέλει λέγειν, ὡς εἰ μὴ ἐθελήσει σφίσι ὕειν ὁ θεὸς, ἀλλ' αὐχμῷ δια-

[a] Μῦρις. [b] τετελευτηκώς. [c] δοκέουσι δέ μοι. [d] Μύριος. [e] πυνθανόμενοι γάρ.

χρᾶσθαι, λιμῷ οἱ Ἕλληνες αἱρεθήσονται. οὐ γάρ δή σφι ἐστὶ ὕδατος οὐδεμίη ἄλλη ἀποστροφὴ ὅτι μὴ ἐκ τοῦ Διὸς μοῦνον.

ιδʹ. Καὶ ταῦτα μὲν ἐς Ἕλληνας Αἰγυπτίοισι ὀρθῶς ἔχοντα εἴρηται. Φέρε δὲ νῦν καὶ αὐτοῖσι Αἰγυπτίοισι ὡς ἔχει φράσω. εἴ σφι θέλοι [a], ὡς καὶ πρότερον εἶπον, ἡ χώρη ἡ ἔνερθε Μέμφιος (αὕτη γάρ ἐστὶ ἡ αὐξανομένη) κατὰ λόγον τοῦ παροιχομένου [b] χρόνου ἐς ὕψος αὐξάνεσθαι, ἄλλο τί ἢ οἱ ταύτῃ οἰκέοντες Αἰγυπτίων πεινήσουσι; εἰ μήτε γε ὕσεταί [c] σφι ἡ χώρη, μήτε ὁ ποταμὸς οἷός τ' ἔσται ἐς τὰς ἀρούρας [d] ὑπερβαίνειν; ἦ γὰρ δὴ νῦν γε οὗτοι ἀπονητότατα καρπὸν κομίζονται ἐκ γῆς [e], τῶν τε ἄλλων ἀνθρώπων ἁπάντων, καὶ τῶν λοιπῶν Αἰγυπτίων· οἳ οὔτε ἀρότρῳ ἀναῤῥηγνύντες αὔλακας, ἔχουσι πόνους, οὔτε σκάλλοντες, οὔτε ἄλλο ἐργαζόμενοι οὐδὲν, τῶν οἱ ἄλλοι [f] ἄνθρωποι περὶ λήϊον πονέ-

[a] ἤ σφι ἐθελήσοι. [b] παρῳχημένου. [c] μήτε γεύσεταί σφι ἡ χώρη τὰ ἀπὸ Διός. [d] ἔσται ἀρούρας. [e] ἐκτὸς. [f] τῶν ἄλλων.

pluere, sed ſiccitatem emittere, fame extinctum iri, utpote quibus nulla ſit averſio aquae, niſi tantum a Jove.

14. Atque haec quidem ab Aegyptiis in Graecos recte perpenſa dicuntur; age, nunc viciſſim dicam quomodo res ipſis Aegyptiis ſe habeant. Si, ut ſuperius dicebam, quae infra Memphin eſt regio, (haec enim eſt quae augeſcit) velit in altum creſcere proportione praeteriti temporis, aliud quid quam Aegyptiorum illi qui iſtic incolunt, eſuriant, ſi neque pluviam accipiet regio, neque flumen exſpatiari valebit ſuper rura? Iſti namque nunc tum ex aliis omnibus hominibus, tum ex reliquis Aegyptiis, maxime nullo partum labore percipiunt fructum, qui neque aperiendis aratro ſulcis operantur, neque ſubigendo ſolo, neque aliud quicquam operis faciendo, quod in arvo co-

lendo caeteri mortales sustinent: sed postquam fluvius sua sponte superveniens irrigavit rura, irrigataque reliquit rursus, tunc in suum quisque rus jacto semine sues immittit, et satis conculcato a suibus semine, messem deinde expectat: atque ubi suibus sementem concusserit, ita demum percipit.

15. Quod si vellem de Aegypto Ionum uti sententiis, qui solum Delta Aegyptum esse ajunt, a Persei specula appellata, dicentes illam secundum mare esse ad Pelusiacas usque taricheas, ubi quadraginta schoeni sunt: partem vero a mari dicentium ad mediterranea pertinere usque ad Cercasorum urbem, juxta quam scinditur Nilus in Pelusium fluens et in Canobum; cetera vero dicentium Aegypti, partim esse Africae, partim Arabiae: ostenderemus, hac ratione utentes, Ae-

ϗσι, ἀλλ' ἐπεάν σφι ὁ ποταμὸς αὐτόματος ἐπελθὼν [a] ἄρσῃ τὰς ἀρϗρας, ἄρσας δὲ, ἀπολείπῃ ὀπίσω, τότε σπείρας ἕκαςος τὴν ἑωϋτοῦ ἄρουραν, ἐσϐάλλει ἐς αὐτὴν ὗς. ἐπεὰν δὲ καταπατήσῃ τῇσι [b] ὑσὶ τὸ σπέρμα, ἀμητὸν [c] τὸ ἀπὸ τϗτου μένει. ἀποδινήσας δὲ τῇσι [d] ὑσὶ τὸν σῖτον, οὕτω κομίζεται.

ιέ. Εἰ ὦν βουλόμεθα γνώμῃσι τῇσι [e] Ἰώνων χρᾶσθαι τὰ περὶ [f] Αἰγύπτου, οἳ φασι τὸ Δέλτα μοῦνον εἶναι Αἴγυπτον, ἀπὸ Περσέως καλεομένης [g] σκοπιῆς, λέγοντες τὸ παρὰ θάλασσαν εἶναι αὐτὴν, μέχρι ταριχειῶν τῶν Πηλϗσιακῶν, τῇδε τεσσεράκοντά εἰσι σχοῖνοι. τὸ δὲ ἀπὸ θαλάσσης λεγόντων ἐς μεσόγαιαν τείνειν αὐτῶν [h] μέχρι Κερκασώρϗ πόλιος, κατ' ἣν σχίζεται ὁ Νεῖλος, ἔς τε Πηλούσιον ῥέων καὶ ἐς Κάνωϐον, τὰ δὲ ἄλλα λεγόντων τῆς Αἰγύπτϗ, τὰ μὲν Λιϐύης, τὰ δὲ Αραϐίης

[a] ἐπανελθὼν. [b] καταπατηθῇ τοῖσι. [c] τὸν ἀμητὸν. [d] τοῖσι. [e] τοῖσι. [f] χρᾶσθαι περὶ. [g] καλεομένην. [h] αὐτὴν.

εἶναι· ἀποδεικνύοιμεν ἂν, τούτῳ τῷ λόγῳ χρεώμενοι, Αἰγυπτίοισι οὐκ ἐοῦσαν πρότερον χώρην. ἤδη γάρ σφι τό γε Δέλτα, ὡς αὐτοὶ λέγουσι Αἰγύπτιοι, καὶ ἐμοὶ δοκέει, ἔστι κατάρρυτόν τε, καὶ νεωστὶ, ὡς λόγῳ εἰπεῖν, ἀναπεφηνός. εἰ τοίνυν σφι χώρη γε μηδεμίη ὑπῆρχε. τί περιηργάζοντο [a] δοκέοντες πρῶτοι ἀνθρώπων γεγονέναι; οὐδὲ ἔδει σφέας ἐς διάπειραν τῶν παιδίων ἰέναι, τίνα γλῶσσαν πρώτην ἀπήσουσι [b]. ἀλλ' οὔτε Αἰγυπτίους δοκέω ἅμα τῷ Δέλτα τῷ ὑπ' Ἰώνων καλεομένῳ γενέσθαι, αἰεί τε εἶναι ἐξ οὗ ἀνθρώπων γένος ἐγένετο. προϊούσης δὲ τῆς χώρης, πολλοὺς μὲν τοὺς ὑπολειπομένους αὐτῶν [c] γίνεσθαι, πολλοὺς δὲ τοὺς ὑποκαταβαίνοντας. τὸ δ' ὦν πάλαι αἱ Θῆβαι Αἴγυπτος ἐκαλέετο· τῆς τὸ περίμετρον στάδιοί εἰσι εἴκοσι καὶ ἑκατὸν καὶ ἑξακισχίλιοι.

ιϛ'. Εἰ ὦν ἡμεῖς ὀρθῶς περὶ αὐτῶν [d] γινώσκομεν, Ἴωνες οὐκ εὖ φρονέουσι περὶ Αἰ-

[a] περιεργάζονται. [b] ἀπίουσι. [c] αὐτόθι. [d] αὐτῶν.

gyptiis primum non esse regionem. Jam quippe Delta eis, ut ipsi dicunt Aegyptii, et mihi videtur, fluctibus oppressa est, et quae nuper, ut sic dicam, apparuit. Itaque si nulla eis terra erat, quid curiosi erant, putantes se primos homines extitisse? neque in puerulorum oportuerat eos ire experimentum, quam primam linguam proderent. Ego certe Aegyptios opinor neque cum loco quem Delta Iones vocant, pariter extitisse, sed semper esse ex quo genus humanum fuit, progressaque terra multos ex eis relictos fuisse, multos vero paulatim descendisse. Ideoque olim Thebae Aegyptus vocabatur, cujus ambitus est stadiorum sex millium ac centum viginti.

16. Itaque si nos de eis recte sentimus, Iones non recte sentiunt de Aegypto: sin recte Iones sentiunt, ostendo

Graecos et ipsos Iones ignaros computandi: qui ajunt tria membra totam esse terram, Europam, Asiam, Africam. quartum enim membrum annumerare debent Delta Aegypti, si non sit neque Asiae, neque Africae. Nam secundum hanc rationem non est Nilus qui Asiam ab Africa disterminat: quippe circa acumen illius Delta circumfrangitur Nilus, ut sit in eo id quod medium est Asiae et Africae.

17. Sed nos Ionum sententiam missam facientes, ita de his dicimus; Aegyptum quidem, eam omnem esse quae ab Aegyptiis incolitur, quemadmodum Ciliciam, eam quae a Cilicibus, et Assyriam, quae ab Assyriis. Sed Asiae et Africae scimus recta ratione nullum esse terminum, nisi terminos Aegyptiorum. Si vero quod Graecis persuasum est sequemur,

γύπτου· εἰ δὲ ὀρθή ἐστι ἡ τῶν Ἰώνων γνώμη, Ἕλληνάς τε καὶ αὐτοὺς Ἴωνας ἀποδείκνυμι οὐκ ἐπισταμένους λογίζεσθαι· οἳ φασι τρία μόρια εἶναι γῆν [e] πᾶσαν, Εὐρώπην τε καὶ Ἀσίην καὶ Λιβύην. τέταρτον γὰρ σφέας δεῖ προσλογίζεσθαι [f] Αἰγύπτου τὸ Δέλτα, εἰ μή τέ γε ἐστὶ τῆς Ἀσίης, μήτε τῆς Λιβύης. οὐ γὰρ δὴ ὁ Νεῖλός γε ἐστὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, ὁ τὴν Ἀσίην οὐρίζων τῇ Λιβύῃ. τοῦ Δέλτα δὲ τούτου κατὰ τὸ ὀξὺ περιῤῥήγνυται ὁ Νεῖλος· ὥστε ἐν τῷ μεταξὺ Ἀσίης τε καὶ Λιβύης γίνοιτ' ἄν.

ιζ. Καὶ τὴν μὲν Ἰώνων γνώμην ἀπίεμεν· ἡμεῖς δὲ ὧδε καὶ περὶ τούτων λέγομεν· Αἴγυπτον μὲν πᾶσαν εἶναι ταύτην τὴν ὑπ' Αἰγυπτίων οἰκεομένην, κατάπερ Κιλικίην, τὴν ὑπὸ Κιλίκων, καὶ Ἀσσυρίην, τὴν ὑπὸ Ἀσσυρίων. οὔρισμα δὲ Ἀσίῃ καὶ Λιβύῃ οἴδαμεν οὐδὲν ἐὸν ὀρθῷ λόγῳ, εἰ μὴ τοὺς Αἰγυπτίων οὔρους. εἰ δὲ τῷ ὑπ' Ἑλλήνων νενομισμένῳ χρησόμεθα, νομιοῦμεν Αἴγυ-

[e] εἶναι τὴν γῆν. [f] γὰρ δὴ σφέας προσλογ.

πλον πᾶσαν, ἀρξαμένην ἀπὸ Καταδούπων τε καὶ Ἐλεφαντίνης πόλιος, δίχα διαιρέεσθαι, καὶ ἀμφοτέρων τῶν ἐπωνυμιέων ἔχεσθαι. τὰ μὲν γὰρ αὐτῆς, εἶναι τῆς Λιβύης· τὰ δὲ, τῆς Ἀσίης. ὁ γὰρ δὴ Νεῖλος ἀρξάμενος ἐκ τῶν [g] Καταδούπων, ῥέει, μέσην Αἴγυπτον σχίζων, ἐς θάλασσαν. μέχρι μέν νυν Κερκασώρου πόλιος ῥέει εἷς ἐὼν ὁ Νεῖλος· τὸ δὲ ἀπὸ ταύτης τῆς πόλιος σχίζεται τριφασίας ὁδούς· καὶ ἡ μὲν πρὸς ἠῶ τρέπεται, τὸ καλέεται [h] Πηλούσιον στόμα· ἡ δὲ ἑτέρη τῶν ὁδῶν πρὸς ἑσπέρην ἔχει. τοῦτο δὲ Κανωβικὸν στόμα κέκληται. ἡ δὲ δὴ ἰθέα τῶν ὁδῶν τῷ Νείλῳ ἐστὶ ἥδε· ἄνωθεν φερόμενος, ἐς τὸ ὀξὺ τοῦ Δέλτα ἀπικνέεται. τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, σχίζων μέσον τὸ Δέλτα ἐς θάλασσαν ἐξίει, οὔτε ἐλαχίστην μοίρην τοῦ ὕδατος παρεχόμενος ταύτην [i], οὔτε ἥκιστα οὐνομαστήν· τὸ καλέεται Σεβεννυτικὸν στόμα. ἔστι δὲ καὶ ἕτερα διφάσια στόματα ἀπὸ τοῦ Σεβεννυτικοῦ

[g] ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν. [h] τρέπεται, καλέεται. [i] ταύτῃ.

ſentiemus omnem Aegyptum quae a Catadupis et Elephantina urbe incepit, bifariam dividi, et utrique cognomine adhaerere: aliam enim ejus partem, eſſe Africae, aliam Aſiae. Quippe Nilus a Catadupis incipiens,mediam ſcindens Aegyptum, in mare fluit: uſque ad Cercaſorum quidem urbem fluit unus plane Nilus; inde autem ſcindit triplices vias. Et quae quidem ad auroram vergit, Peluſium oſtium: altera via ad veſperam tendens, Canobicum oſtium nominatum eſt. Recta autem viarum Nilo, talis eſt: Delatis ex ſuperioribus, ad acumen Delta pervenit; dehinc medium Delta ſcindens, in mare exit: non minimam hanc aquae portionem praebens, nec minime celebrem. Sebennyticum oſtium appellatur. A Sebennytico item duo alia diviſa exſtant oſtia, in mare ferentia, quibus

haec ſunt impoſita nomina, uni Saiticum, alteri Mendeſium. Nam quod Bolbitinum et quod Bucolicum nominatur, non ſunt nativa oſtia, ſed effoſſa.

18. Huic meae opinioni, tantam eſſe Aegyptum quantam ſermone demonſtro, teſtimonium etiam dat oraculum quod ab Hammone eſt redditum: quod ego poſterius quàm ita in animum induxeram, circa Aegyptum audivi. Nam qui ex urbe Marea et Apic incolunt Aegypti partes Africae confines, qui et ipſi Afri, et non Aegyptii videntur, et peroſi ſacrorum ceremonias, etiam recuſantes bobus feminis prohiberi, miſerunt ad Hammonem, negantes quicquam cum Aegyptiis ſibi eſſe commune. Habitare enim ſe extra Delta, nec eſſe ejuſdem illis ſententiae, ac velle ſibi fas eſſe omnia guſtare. Haec eos deus facere non permiſit, in-

ἀποσχισθέντα, φέροντα ἐς θάλασσαν, τοῖσι οὐνόματα κέεται τάδε· τῷ μὲν Σαϊτικὸν αὐτέων, τῷ δὲ, Μενδήσιον. τὸ δὲ Βολβίτινον στόμα καὶ τὸ Βυκολικὸν ὐκ ἰθαγενέα στόματά ἐστι, ἀλλ' ὀρυκτά.

ιη΄. Μαρτυρέει δέ μοι τῇ [a] γνώμῃ ὅτι τοσαύτη ἐστὶ Αἴγυπτος, ὅσην ἐγὼ [b] ἀποδείκνυμι τῷ λόγῳ, καὶ τὸ Αμμωνος χρηστήριον γενόμενον· τὸ ἐγὼ τῇσι ἐμεωϋτοῦ γνώμῃσι ὕστερον περὶ Αἴγυπτον ἐπυθόμην. οἱ γὰρ δὴ ἐκ Μαρέης τε πόλιος καὶ Απιος οἰκέοντες Αἰγύπτυ τὰ πρόσυρα Λιβύῃ, αὐτοί τε δοκέοντες εἶναι Λίβυες, καὶ ὐκ Αἰγύπτιοι, καὶ ἀχθόμενοι τῇ περὶ τὰ ἱρὰ θρησκείῃ, βουλόμενοι θηλέων βοῶν μὴ εἴργεσθαι [c], ἔπεμψαν ἐς Αμμωνα, φάμενοι ὐδὲν σφίσι τε καὶ Αἰγυπτίοισι κοινὸν εἶναι. οἰκέειν τε γὰρ ἔξω τῦ Δέλτα, καὶ οὐκ ὁμολογέειν [d] αὐτοῖσι· βύλεσθαί τε πάντων σφίσι ἐξεῖναι γεύεσθαι. ὁ δὲ θεὸς σφέας ὐκ ἔα ποιέειν ταῦτα, φὰς Αἴγυπτον εἶναι ταύ-

[a] δέ μυ τῇ. [b] ὅσην τινὰ ἐγώ. [c] ἔργεσθαι. [d] καὶ ὐδὲν ὁμολογίειν.

την τὴν ὁ Νεῖλος ἐπιὼν ἄρδει· κ͵ Αἰγυπτίυς εἶναι τύτυς, οἳ ἔνερθε Ελεφαντίνης πόλιος οἰκέοντες, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τύτου πίνυσι. ὕτω σφι ταῦτα ἐχρήσθη.

ιθ΄. Επέρχεται δὲ ὁ Νεῖλος, ἐπεὰν πληθύῃ, ὐ μόνον τὸ Δέλτα, ἀλλὰ κ͵ τῦ Λιβυκῦ τε λεγομένου χωρίου εἶναι [e], καὶ τῦ Αραβίου ἐνιαχῆ. καὶ ἐπὶ δύο ἡμερέων ἑκατέρωθι ὁδὸν, κ͵ πλεῦν ἔτι τούτου, καὶ ἔλασσον. τῦ ποταμῦ δὲ φύσιος πέρι, ὔ τέ τι τῶν ἱρέων, οὔτε ἄλλυ ὐδενὸς παραλαβεῖν ἐδυνάσθην. πρόθυμος δὲ ἔα τάδε παρ' αὐτέων πυθέσθαι, ὅτι κατέρχεται μὲν ὁ Νεῖλος πληθύων ἀπὸ τροπέων τῶν θερινέων [f] ἀρξάμενος ἐπὶ ἑκατὸν ἡμέρας· πέλας δ' [g] ἐς τὸν ἀριθμὸν τυτέων τῶν ἡμερέων ὀπίσω ἀπέρχεται, ἀπολείπων τὸ ῥέεθρον· ὥστε βραχὺς τὸν χειμῶνα ἅπαντα διατελέει ἐὼν μέχρι οὗ αὖτις τροπέων τῶν θερινέων. τυτέων ὦν πέρι ὐδενὸς ὐδὲν οἷός τ' ἐγενόμην παραλαβεῖν παρὰ τῶν

[e] χώρη εἶναι. [f] θερινῶν. [g] πελάσας δ'.

quiens Aegyptum esse eam quam Nilus supergressus irriget: quique infra urbem Elephantinem incolentes, ex hoc flumine potarent, eos esse Aegyptios. Haec illis ita oraculo responsa sunt.

19. PORRO NILUS, ubi plurimus est, non modo Delta inundat, verum etiam aliquid ejus plagae quae dicitur Africana esse, et alicubi Arabicae: idque utrobique duorum dierum iter, et amplius adhuc eo vel minus. De cujus fluminis natura neque a sacerdotibus quippiam, neque ab alio ullo percipere potui: sed promptissimo fui animo haec ex illis cognoscere, cur Nilus aquis abundans defluat, inchoans ab aestivo solstitio, ad centum usque dies, et prope ad numerum horum dierum retrocedat, relinquens fluenta: ita ut per omnem hyemem tenuis esse perseveret ad solstitium rursus aestivum. De horum igitur nullo aliquid omnino potui percipere ab Aegyptiis sciſci-

tando illos, quam vim Nilus haberet, ut natura diverſus eſſet ab ceteris fluviis. Haec ego quae celebrata ſunt noſcendi cupidus, eos interrogabam, et cur ſolus omnium amnium nullas efflantes auras praeberet.

20. De qua tamen aqua quidam Graecorum, quum inſignes vellent haberi ſapientia, trifariam diſſeruerunt. quarum opinionum duas ne mentione quidem dignas exiſtimo, niſi eatenus ut illas tantum velim ſignificare. Earum una ait, ventos eteſias eſſe in cauſſa cur fluvius creſcat, prohibentes Nilum effluere in mare. Atqui crebro eteſiae non ſpiraverunt, et tamen Nilus idem agit. Ad haec ſi eteſiae in cauſſa forent, oporteret aliis quoque fluminibus, quaecunque eteſiis adverſa fluunt, ſimiliter aliquid contingere, et idem quod Nilo, et eo adhuc magis quo tenuiora quum ſint, imbecilliores

Αἰγυπτίων, ἱστορέων αὐτοὺς ἥντινα δύναμιν ἔχει ὁ Νεῖλος τὰ ἔμπαλιν πεφυκέναι τῶν ἄλλων ποταμῶν. ταῦτά τε δὴ τὰ λελεγμένα [a] βουλόμενος εἰδέναι, ἱστόρεον. καὶ ὅτι αὔρας ἀποπνεούσας μοῦνος πάντων ποταμῶν οὐ παρέχεται.

κ΄. Ἀλλὰ Ἑλλήνων μέν τινες ἐπίσημοι βουλόμενοι γενέσθαι σοφίην, ἔλεξαν περὶ τοῦ ὕδατος τούτου τριφασίας ὁδούς. τῶν τὰς μὲν δύο τῶν ὁδῶν οὐδ᾽ ἀξιῶ μνησθῆναι, εἰ μὴ ὅσον σημῆναι βουλόμενος μοῦνον. τῶν ἡ ἑτέρη μὲν λέγει τοὺς ἐτησίας ἀνέμους εἶναι αἰτίους πληθύειν τὸν ποταμὸν, κωλύοντας ἐς θάλασσαν ἐκρέειν τὸν Νεῖλον. πολλάκις δὲ ἐτησίαι μὲν οὔκων ἔπνευσαν, ὁ δὲ Νεῖλος τὠϋτὸ ἐργάζεται. πρὸς δὲ, εἰ ἐτησίαι αἴτιοι ἦσαν, χρῆν καὶ τοὺς ἄλλους ποταμοὺς, ὅσοι τοῖσι ἐτησίῃσι ἀντίοι ῥέουσι, ὁμοίως πάσχειν καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ [b] τῷ Νείλῳ· καὶ μᾶλλον ἔτι τοσούτῳ, ὅσῳ ἐλάσσονες ἐόντες, ἀσθενέστερα τὰ ῥεύματα

[a] τὰ λεγόμενα. [b] κατὰ ταυτά.

παρέχονται. εἰσὶ δὲ πολλοὶ μὲν ἐν τῇ Συρίῃ ποταμοὶ, πολλοὶ δὲ ἐν τῇ Λιβύῃ, οὐδὲν ταὐτὸν πάσχουσι οἷόν τι καὶ ὁ Νεῖλος.

κα΄. Ἡ δὲ ἑτέρη, ἀνεπιστημονεστέρη μέν ἐστι τῆς λελεγμένης, λόγῳ δὲ εἰπεῖν, θωμασιωτέρη [c]· ἣ λέγει ἀπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ ῥέοντα αὐτὸν ταῦτα μηχανᾶσθαι. τὸν δ' Ὠκεανὸν γῆν περὶ πᾶσαν ῥέειν.

κβ΄. Ἡ δὲ τρίτη τῶν ὁδῶν, πολλὸν ἐπιεικεστάτη ἐοῦσα, μάλιστα ἔψευσται. λέγει γὰρ δὴ οὐδ' αὐτὴ οὐδὲν, φαμένη τὸν Νεῖλον ῥέειν ἀπὸ τηκομένης χιόνος· ὃς ῥέει μὲν ἐκ Λιβύης διὰ μέσων Αἰθιόπων, ἐκδιδοῖ δὲ ἐς Αἴγυπτον. κῶς ὦν δῆτα ῥέοι ἂν ἀπὸ χιόνος, ἀπὸ τῶν θερμοτάτων τόπων ῥέων ἐς τὰ ψυχρότερα [d]; τῶν τὰ πολλά ἐστι ἀνδρί γε λογίζεσθαι [e] τοιούτων πέρι οἵῳ τε ἐόντι, ὡς οὐδὲ εἰκὸς ἀπὸ χιόνος μιν ῥέειν· πρῶτον μὲν καὶ μέγιστον μαρτύριον οἱ ἄνεμοι παρέχονται, πνέοντες

[c] θωϋμασιωτέρη. [d] θερμοτάτων ῥέων ἐς τὰ ψυχρότατα. [e] ἀνδρὶ λογίζεσθαι.

fluctus exhibent. Sunt autem multa in Syria, multa in Africa flumina, quae nihil tale patiuntur quale quid etiam Nilus.

21. Altera est insipientior quidem quam haec quae dicta est; ut tamen dicatur, quod res est, admirabilior, quae ait illum, quod ab Oceano fluat, istud efficere: Oceanum vero circumfluere omnem terram.

22. Tertia opinio, ut multo modestissima, ita longe falsissima est: quippe quae et ipsa nihil dicit, inquiens e nive liquescente manare Nilum: qui quum ex Africa per medios Aethiopes fluens in Aegyptum evadat, ex locis calidissimis ad frigidissima, quomodo ab nive flueret? De quibus multa sane sunt quae quis ad talia validus conjectare possit, non esse probabile, eum manare de nive: primum ac maximum testimonium perhibentibus

ventis, qui ab his regionibus calidi ſpirant. Secundum, quod ea plaga ſine imbribus et ſine glacie perpetuo eſt. ſuper nivem autem quae cecidit neceſſe omnino eſt intra quinque dies pluere: quare ſi in his regionibus ningeret, etiam plueret. Tertium, homines ab aeſtu nigri; et milvi, atque hirundines illic perennare non deſinunt. Grues quoque, hyemem Scythicae plagae fugientes, ad haec loca ſe conferunt hybernatum. Si igitur vel quantulumcunque ningeret in ea plaga per quam fluit et ex qua fluere incipit Nilus, profecto nihil horum eſſet, quemadmodum neceſſitas arguit.

23. At is qui de Oceano loquutus fuit, ad occultum deferens fabulam, caret evectione. Neque enim ego ullum novi fluvium qui ſit Oceanus, ſed hoc nomen opinor Homerum, aut aliquem an-

ἀπὸ τῶν χωρίων τουτέων θερμοί. δεύτερον δὲ, ὅτι ἄνομβρος ἡ χώρη, καὶ ἀκρύσαλλος διατελέει ἐῦσα. ἐπὶ δὲ χιόνι πεσύσῃ, πᾶσα ἀνάγκη ἐςὶ ὗσαι ἐν πέντε ἡμέρῃσι ὥςε εἰ ἐχιόνιζε, ὗετ' ἂν ταῦτα τὰ χωρία. τρίτα δὲ [a], οἱ ἄνθρωποι ὑπὸ τῦ καύματος μέλανες ἐόντες. ἰκτῖνοι δὲ καὶ χελιδόνες δι' ἔτεος ἐόντες οὐκ ἀπολείπυσι. γέρανοι δὲ φεύγουσαι τὸν χειμῶνα τὸν ἐν τῇ Σκυθικῇ χώρῃ γενόμενον, φοιτῶσι ἐς χειμασίην [b] ἐς τὺς τόπυς τύτυς. εἰ τοίνυν ἐχιόνιζε εἰ καὶ [c] ὁσονῶν ταύτην τὴν χώρην δι' ἧς τε ῥέει καὶ ἐκ τῆς ἄρχεται ῥέων ὁ Νεῖλος, ἦν ἂν τούτων ὐδὲν [d], ὡς ἡ ἀνάγκη ἐλέγχει.

κγ'. Ὁ δὲ περὶ τῦ Ὠκεανῦ λέξας, ἐς ἀφανὲς τὸν μῦθον ἀνενείκας, οὐκ ἔχει ἔλεγχον. οὐ γάρ τινα ἔγωγε οἶδα ποταμὸν Ὠκεανὸν ἐόντα· Ὅμηρον δὲ, ἤ τινα τῶν πρότερον γενομένων ποιητέων, δωκέω

[a] τρίτον δὲ. [b] χειμαδίην. [c] ἐχιόνιζε καί. [d] ἄν τι τοιοῦτον οὐδέν.

τὸ οὔνομα εὑρόντα ἐς τὴν ποίησιν ἐσενείκασθαι.

κδʹ. Εἰ δὲ δεῖ μεμψάμενον γνώμας τὰς προκειμένας, αὐτὸν [a] περὶ τῶν ἀφανέων γνώμην ἀποδέξασθαι, φράσω διότι μοι δοκέει πληθύεσθαι [b] ὁ Νεῖλος τοῦ θέρεος. τὴν χειμερινὴν ὥρην ἀπελαυνόμενος ὁ ἥλιος ἐκ τῆς ἀρχαίης διεξόδου ὑπὸ τῶν χειμώνων, ἔρχεται τῆς Λιβύης τὰ [c] ἄνω. ὡς μέν νυν ἐν ἐλαχίστῳ δηλῶσαι, πᾶν εἴρηται· τῆς γὰρ ἀγχοτάτω ἢ χώρης [d] οὗτος ὁ θεὸς, καὶ κατ᾽ ἥν τινα, ταύτην οἰκὸς διψῆν τε ὑδάτων μάλιστα, καὶ τὰ ἐγχώρια ῥεύματα μαραίνεσθαι τῶν ποταμῶν.

κεʹ. Ὡς δὲ ἐν πλέονι λόγῳ δηλῶσαι, ὧδε ἔχει. διεξιὼν τῆς Λιβύης τὰ ἄνω ὁ ἥλιος, τάδε ποιέει, ἅτε διὰ παντὸς τοῦ χρόνου αἰθρίου τε τοῦ ἠέρος [e] τοῦ κατὰ ταῦτα τὰ χωρία, καὶ ἀλεεινῆς τῆς χώρης ἐούσης, καὶ ἀνέμων ψυχρῶν, διεξιὼν, ποιέει οἷόν

[a] αὐτίων. [b] πληθύνεσθαι. [c] Λιβύης ἐς τά. [d] ἀγχοτάτω γε χώρης. [e] αἰθρίου τε ἐόντος τοῦ ἠέρος.

tiquiorum poëtarum, quum inveniſſet, in poëticam intuliſſe.

24. Quod ſi opiniones quas propoſui, improbantem me ipſum oportet de illis occultis ferre ſententiam, dicam quare mihi videatur abundare Nilus aeſtate. Hyberno tempore ſol depulſus a vetere meatu per hyemes incedit ſuperiora Africae. Ut quidem ergo breviſſime demonſtrando, totum dictum eſt. Etenim deus hic cuicunque regioni proximus exiſtat, et circa quamcunque, eam maxime ſitire aquas credibile eſt, et ſcaturigines indigenas amnium areſcere.

25. Ut autem pluribus verbis demonſtretur, ita habet: Sol Africae ſuperiora permeans, ea efficit. nam quum per omne tempus ſit ſerenus aër in iſtis regionibus, et ipſa regio calida ac venti frigidi, peragrans, facit quale aeſtate facere conſuevit

means medium coeli. ad ſe enim trahit aquam, tractamque in ſuperna abigit loca. quam ſuſcipientes venti ac diſſipantes liquefaciunt; et ſunt probabiliter ab hac regione flantes, auſter et africus, multo ventorum omnium pluvioſiſſimi. Quanquam mihi videtur non omnem humorem annuum Nili ſol demittere, ſed et penes ſeipſum reſervare. Idem, mitigata hyeme, rurſus in medium coelum regreditur, atque illinc jam itidem ex cunctis fluminibus trahit; quae mox, multa illis pluviali aqua ex imbribus commixta, utpote terra per pluvias madefacta et lacunoſa, magna fluunt: at aeſtate, quum deſtituantur ab imbribus, et a ſole trahantur, imbecilla ſunt. Nilus autem qui imbribus caret, ſed qui trahitur a ſole, merito ſolus fluviorum eo tempore fluit multo

περ κ) τὸ θέρος ἐώθεε ποιέειν, ἰὼν τὸ μέσον τȣ̃ ȣ̓ρανοῦ. ἕλκει γὰρ ἐπ᾽ ἑωϋτὸν τὸ ὕδωρ· ἑλκύσας δὲ, ἀπωθέει ἐς τὰ ἄνω χωρία· ὑπολαμβάνοντες δὲ οἱ ἄνεμοι, καὶ διασκιδνάντες, τήκȣσι. καί εἰσι οἰκότως [f] οἱ ἀπὸ ταύτης τῆς χώρης πνέοντες, ὅ, τε νότος, κ) ὁ λὶψ, ἀνέμων πολλὸν τῶν πάντων ὑετώτατοι. δοκέει δέ μοι ȣ̓δὲ πᾶν τὸ ὕδωρ τὸ ἐπέτειον ἑκάστοτε ἀποπέμπεσθαι τȣ̃ Νείλȣ ὁ ἥλιος, ἀλλὰ καὶ ἀπολείπεσθαι περὶ ἑωϋτόν. πρηϋνομένȣ δὲ τȣ̃ χειμῶνος, ἀπέρχεται ὁ ἥλιος ἐς μέσον τὸν ȣ̓ρανὸν ὀπίσω· κ) τὸ ἐνθεῦτεν ἤδη ὁμοίως ἀπὸ πάντων ἕλκει τῶν ποταμῶν. τέως δὲ οἱ μὲν, ὀμβρίȣ ὕδατος [g] συμμισγομένȣ πολλȣ̃ αὐτοῖσι, ἅτε ὑομένης τε τῆς χώρης κ) κεχαραδρωμένης, ῥέουσι μεγάλοι· τοῦ δὲ θέρεος τῶν τε ὄμβρων ἐπιλειπόντων αὐτȣ̀ς, κ) ὑπὸ τȣ̃ ἡλίȣ ἑλκόμενοι, ἀσθενέες εἰσί. ὁ δὲ Νεῖλος, ἐὼν ἄνομβρος, ἑλκόμενος δὲ ὑπὸ τȣ̃ ἡλίȣ, μȣ̃νος ποταμῶν τοῦ-

[f] εἰκότως bis. [g] ὀμβρίȣ τȣ̃ ὕδατος.

τον τὸν χρόνον οἰκότως αὐτὸς ἑωϋτȣ ῥέει πολλῷ [a] ὑποδεέστερος ἢ τȣ θέρεος. τότε μὲν γὰρ μετὰ πάντων τῶν ὑδάτων ἴσον ἕλκεται, τὸν δὲ χειμῶνα, μοῦνος πιέζεται. οὕτω τὸν ἥλιον νενόμικα τούτων [b] αἴτιον εἶναι.

κϛʹ. Αἴτιος δὲ ὡϋτὸς ȣ̃τος κατὰ γνώμην τὴν ἐμὴν, καὶ τὸν ἠέρα ξηρὸν τὸν ταύτῃ [c] εἶναι, διακαίων τὴν διέξοδον αὐτῷ [d]. ȣ̃τω τῆς Λιβύης τὰ ἄνω θέρος αἰεὶ κατέχει. εἰ δὲ ἡ στάσις ἤλλακτο τῶν ὡρέων, καὶ τȣ ȣ̓ρανȣ, τῇ μὲν νῦν ὁ βορέης τε καὶ ὁ χειμὼν ἑστᾶσι, ταύτῃ μὲν τȣ νότȣ ἦν ἡ στάσις, καὶ τῆς μεσαμβρίης, τῇ δὲ ὁ νότος νῦν ἕστηκε, ταύτῃ δὲ ὁ βορέης· εἰ ταῦτα οὕτως εἶχε, ὁ ἥλιος ἂν ἀπελαυνόμενος ἐκ μέσȣ τοῦ οὐρανοῦ ὑπὸ τοῦ χειμῶνος καὶ τοῦ βορέω, ἤϊε ἂν τὰ ἄνω τῆς Εὐρώπης κατάπερ νῦν τῆς Λιβύης [e] ἔρχεται. διεξιόντα δ᾽ ἂν μιν [f] διὰ πάσης Εὐρώπης,

[a] πολλόν. [b] τȣ́τȣ. [c] ξηρὸν ταύτῃ. [d] αὐτῷ. [e] νῦν τα Λιβύης.
[f] διεξιόντα δέ μιν.

exilior quam per aeſtatem. Tunc enim peraeque trahitur atque omnes aquae, per hyemem vero ſolus urgetur. Ita ſolem cenſui harum rerum eſſe cauſſam.

26. Idem iſte, mea ſententia, autor eſt aëris ſicci in ea regione, dum perurit tranſitum iſti. Ita ſemper Africae ſuperiora aeſtas obtinet. Quod ſi temporum ſtatio immutaretur, et in qua coeli parte nunc aquilo ſitus eſt et hyems, ibi auſtri ſitus eſſet et meridiei: et ubi nunc auſter locatus eſt, illic aquilo eſſet: ſi haec ita haberent, profecto ſol amotus e medio coelo ab hyeme et aquilone, mearet ſuperna Europae, quemadmodum nunc Africae: peragranſque omnem Europam, fa-

ceret (opinor) eadem in Iſtro quae nunc facit in Nilo.

27. De aura autem quae nulla efflat, hoc mea fert opinio: valde conſentaneum eſſe, e locis fervidis nihil exſpirare aurae: quippe quae ab aliquo frigido flare gaudet.

28. Verum haec ita ſint quemadmodum et ſunt, et prorſus fuere. Nili tamen fontes nemo neque Aegyptiorum, neque Afrorum, neque Graecorum, qui in colloquium mecum venerunt, ſe noſſe profeſſus eſt, praeter ſcribam ſacrarum Minervae rerum in Aegypto, in urbe Sai: qui mihi jocari videbatur, affirmans ſe id procul dubio noſſe. Sic autem dicebat, geminos eſſe montes, cacuminibus in acutum tendentibus, in medio Syenes urbis poſitos Thebaidis, et Elephantinae: quorum uni nomen eſſet Crophi, alteri Mophi, et ex iſtorum montium medio

ἔλπομαι ποιέειν ἂν τὸν Ἴστρον τά περ νῦν ἐργάζεται τὸν Νεῖλον.

κζ. Τῆς αὔρης δὲ πέρι, ὅτι οὐκ ἀποπνέει, τήνδε [g] ἔχω γνώμην, ὡς κάρτα ἀπὸ θερμῶν χωρέων, οὐκ οἰκός [h] ἐστι οὐδὲν ἀποπνέειν. αὔρη δὲ ἀπὸ ψυχροῦ τινὸς φιλέει πνέειν.

κη΄. Ταῦτα μέν νυν ἔστω ὡς ἔστι τε καὶ ὡς ἀρχὴν ἐγένετο. τοῦ δὲ Νείλου τὰς πηγὰς οὔτε Αἰγυπτίων, οὔτε Λιβύων, οὔτε Ἑλλήνων τῶν ἐμοὶ ἀπικομένων ἐς λόγους, οὐδεὶς ὑπέσχετο εἰδέναι, εἰ μὴ ἐν Αἰγύπτῳ ἐν Σάϊ πόλει ὁ γραμματιστὴς τῶν ἱρῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίης. οὗτος δή ἔμοιγε παίζειν [i] ἐδόκεε, φάμενος εἰδέναι ἀτρεκέως. ἔλεγε δὲ ὧδε· εἶναι δύο οὔρεα ἐς ὀξὺ τὰς κορυφὰς ἀπιγμένα, μεταξὺ Συήνης τε πόλιος κείμενα τῆς Θηβαΐδος, καὶ Ἐλεφαντίνης. οὐνόματα δὲ εἶναι τοῖσι οὔρεσι, τῷ μὲν, Κρῶφι, τῷ δὲ, Μῶφι. τὰς ὦν δὴ πηγὰς τοῦ Νείλου ἐούσας ἀβύσσους, ἐκ

[g] ἀποπνέειν ἀπὸ τοῦ Νείλου, τήνδε. [h] εἰκός. [i] δέ μοι παίζειν.

τοῦ μέσου τῶν ὀρέων τουτέων ῥέειν. καὶ τὸ μὲν ἥμισυ τοῦ ὕδατος, ἐπ᾽ Αἰγύπτου ῥέειν, καὶ πρὸς Βορέην ἄνεμον· τὸ δ᾽ ἕτερον ἥμισυ, ἐπ᾽ Αἰθιοπίης τε καὶ νότου. ὡς δὲ ἄβυσσοι εἰσὶ αἱ πηγαὶ, ἐς διάπειραν ἔφη τούτου Ψαμμήτιχον Αἰγύπτου βασιλέα ἀπικέσθαι. πολλέων γὰρ αὐτὸν χιλιάδων ὀργυιέων πλεξάμενον κάλον, κατεῖναι ταύτῃ, καὶ οὐκ ἐξικέσθαι ἐς βυσσόν. οὗτω μὲν δὴ ὁ γραμματιστὴς εἰ ἄρα ταῦτα γενόμενα ἔλεγε, ἀπέφαινε· ὡς ἐμὲ κατανοέειν δίνας τινὰς ταύτῃ ἐούσας ἰσχυρὰς, καὶ παλιῤῥοίην οἷα ἐμβαλόντος [a] τοῦ ὕδατος τοῖσι ὄρεσι, μὴ δύνασθαι κατιεμένην καταπειρητηρίην [b] ἐς βυσσὸν ἰέναι.

κθʹ. Ἄλλου δὲ οὐδενὸς οὐδὲν ἐδυνάμην πυθέσθαι. ἀλλὰ τοσόνδε μὲν ἄλλο ἐπὶ μακρότατον ἐπυθόμην, μέχρι μὲν Ἐλεφαντίνης πόλιος αὐτόπτης ἐλθὼν, τὸ δ᾽ ἀπὸ τούτου [c], ἀκοῇ ἤδη ἱστορέων. ἀπὸ Ἐλεφαντίνης πόλιος ἄνω ἰόντι, ἄναντές ἐστι χω-

[a] οἷα δὲ ἐμβαλόντος. [b] καταπειρητηρίην. [c] ἀπὸ τοῦδε.

Nili fontes abyſſos, *hoc eſt*, ſine fundo, fluere. cujus aquae dimidium Aegyptum verſus et ventum aquilonem flueret, reliquum dimidium Aethiopiam verſus atque Auſtrum. Quod autem abyſſi forent fontes, ajebat Pſammetichum Aegypti regem periculum hujus rei feciſſe: nam fune menſurae, quae quatuor cubitorum eſt, millenas plurimas continente nexo, ibi eum demiſiſſe, tamen ad fundum non deveniſſe. Sic quidem ſcriba hic, ſi modo haec ut geſta dicebat, affirmabat: ut ego opiner vortices quoſdam illic eſſe validos, ac refluxum quippe aquae inſultantis montibus, unde nequeat funis ad explorandum demiſſus ire in fundum.

29. Aliud ab ullo quoquam audire non potui. Sed tale quidem aliud ad longiſſimum indagavi uſque ad Elephantinam urbem ipſe ad inſpiciendum profectus; quod inde ulterius eſt, audiendo

ad quam picturam velint effingi ipsis mortuum. Isti ubi de pretio convenerunt, illinc abeunt. At hi relicti in aedibus, hunc in modum diligentissime condiunt. Ante omnia incurvo ferro cerebrum per nares educunt, partim quidem ita educentes, partim medicamenta infundentes. Dehinc acuto lapide Aethiopico circa ilia conscindunt, atque illac omnem alvum protrahunt: quam ubi expurgarunt, ac vino palmeo perluerunt, rursus odoribus tritis proluunt: tum alvum complentes trita myrrha pura, et casia, et aliis (excepto thure) odoribus, postea consuunt. Ubi haec fecere, saliunt nitro abditum septuaginta dies. nam diutius salire non licet. Exactis septuaginta diebus cadaver ubi abluerunt, sindonis byssinae fasciis incisis universum ejus corpus involvunt,

gummi ſublinentes: quo Aegyptii glutinis loco plerunque utuntur. Eo deinde recepto, propinqui ligneum hominis effigie typum faciunt, in qua mox inſerunt mortuum, incluſumque ita, reponunt in conclavi loculis talibus dicato, ſtatuentes rectum ad parietem. Sic quidem ſumptuoſiſſimo modo curant cadavera.

87. Eos autem qui mediocria volunt, nimium fugientes ſumptum, ita apparant: poſt clyſteres unguine quod e cedro gignitur completos mox eodem alvum mortui implerunt, ipſum neque ſcindentes neque interanea extrahentes, ſed per ſeceſſum infercientes et impedientes lavationem eadem via relabi, propoſitis diebus condiunt. quorum dierum ultimo cedrinum unguen, quod prius ingeſſerant,

πᾶν αὐτȣ̃ τὸ σῶμα σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι κατατετμημένοισι, ὑποχρίοντες τῷ κόμι, τῷ δὴ ἀντὶ κόλλης τα πολλὰ χρέωνται Αἰγύπτιοι. ἐνθεῦτεν δὲ παραδεξάμενοί μιν οἱ προσήκοντες, ποιεῦνται ξύλινον τύπον ἀνθρωποειδέα· ποιησάμενοι δὲ, ἐσεργνῦσι τὸν νεκρόν. καὶ κατακληΐσαντες οὕτω, θησαυρίζουσι ἐν οἰκήματι θηκαίῳ, ἱστάντες ὀρθὸν πρὸς τοῖχον. οὕτω μὲν τȣ̀ς τὰ πολυτελέστατα σκευάζȣσι νεκρȣ̀ς·

πζ. Τȣ̀ς δὲ τὰ μέσα βȣλευμένȣς, τὴν δὲ πολυτεληΐην φεύγοντας [d], σκευάζουσι ὧδε. ἐπεὰν τȣ̀ς κλυστῆρας [e] πλήσωνται τȣ̃ ἀπὸ τȣ̃ κέδρȣ ἀλείφατος γινομένȣ, ἐν ὦν ἔπλησαν τȣ̃ νεκρȣ̃ τὴν κοιλίην, οὔτε ἀναταμόντες αὐτὸν, ȣ̎τε ἐξελόντες τὴν νηδὺν· κατὰ δὲ τὴν ἕδρην ἐσηθήσαντες, ϗ ἐπιλαβόντες τὸ κλύσμα τῆς ὀπίσω ὁδοῦ, ταριχεύȣσι τὰς προκειμένας ἡμέρας· τῇ δε τελευταίῃ ἐξιεῖσι ἐκ τῆς κοιλίης τὴν κεδρίην, τὴν ἐσῆκαν πρότερον· ἡ δὲ ἔχει τοσαύτην

[d] ἐκφεύγοντας. [e] ἐπιὰν κλυστῆρας.

δύναμιν, ὥστε ἅμα ἑωϋτῇ τὴν νηδὺν καὶ τὰ σπλάγχνα κατατετηκότα ἐξάγει. τὰς δὲ σάρκας τὸ νίτρον κατατήκει· καὶ δὴ λείπεται τοῦ νεκροῦ τὸ δέρμα μοῦνον, καὶ τὰ ὀστέα. ἐπεὰν δὲ ταῦτα ποιήσωσι, ἀπ' ὧν ἔδωκαν οὕτω τὸν νεκρὸν, οὐδὲν ἔτι πρηγματευθέντες.

πη'. Ἡ δὲ τρίτη ταρίχευσις ἐστι ἥδε, ἣ τοὺς χρήμασι ἀσθενεστέρους σκευάζει. συρμαίῃ διηθήσαντες τὴν κοιλίην, ταριχεύουσι τὰς ἑβδομήκοντα [f] ἡμέρας, καὶ ἔπειτα ἀπ' ὧν ἔδωκαν ἀποφέρεσθαι.

πθ'. Τὰς δὲ γυναῖκας τῶν ἐπιφανέων ἀνδρῶν, ἐπεὰν τελευτήσωσι, οὐ παραυτίκα διδοῦσι ταριχεύειν, οὐδὲ ὅσαι ἂν ὦσι εὐειδέες κάρτα καὶ λόγου πλεῦνος γυναῖκες· ἀλλ' ἐπεὰν τριταῖαι ἢ τεταρταῖαι γένωνται, οὕτω παραδιδοῦσι τοῖσι ταριχεύουσι. τοῦτο δὲ ποιεῦσι οὕτω τοῦδε εἵνεκα, ἵνα μή σφι οἱ ταριχευταὶ μίσγωνται τῇσι γυναιξί. λαμφθῆναι γάρ τινα φασὶ μισγόμενον νεκρῷ

[f] ταριχεύουσι ἑβδομήκοντα,

ex alvo egerunt: quod tantam habet vim, ut una ſecum alvum atque inteſtina tabefacta educat. Nitrum autem carnes tabefacit, mortuique tantum cutis et oſſa relinquuntur. Ubi iſta fecere, ſic reddidere mortuum, nihil amplius negotii ſuſcipientes.

88. Tertia conditura haec eſt, qua adornantur mortui, qui tenuiori ſunt fortuna: Ablutione ubi ventrem percolaverunt, condiunt ſeptuaginta per dies, deinde ſic tradunt reportandum.

89. Uxores tamen inſignium virorum, non ſtatim vita defunctas tradunt condiendas, nec quotquot formoſae valde et majoris pretii feminae fuerunt, ſed triduo atque quatriduo poſt mortem tradunt his unctoribus; ea de cauſſa facientes ita, ne cum feminis iſti coeant. Deprehenſum enim quendam ajunt coeun-

tem cum recenti cadavere muliebri, delatumque ab ejuſdem artificii ſocio.

90. Quiſquis autem vel ipſorum Aegyptiorum vel externorum deprehendatur, ſive a crocodilo raptus, ſive ab ipſo flumine mortuus, neceſſarium prorſus eſt ei civitati ad quam ejectus eſt, condire, et quam honeſtiſſime comparantes ſepelire in ſacris loculis. quem ne contingere quidem fas eſt alteri aut propinquorum aut amicorum, ſed eum ipſi Nili ſacerdotes, utpote majus quiddam quam hominis cadaver manibus tractantes ſepeliunt.

91. Graecanicis inſtitutis uti recuſant, et (ut ſemel dicam) nullorum hominum aliorum inſtitutis uti volunt. Et hoc quidem ceteri Aegyptii obſervant. Eſt autem Chemmis oppidum grande Thebaicae regionis, prope Neapolin: quo in oppido eſt templum Perſei, Danaae

προσφάτῳ γυναικός· κατειπεῖν [a] δὲ τὸν ὁμότεχνον.

Ϟ'. Ὃς δ' ἂν ἢ αὐτῶν Αἰγυπτίων ἢ ξείνων ὁμοίως ὑπὸ κροκοδείλȣ ἁρπαχθεὶς, ἢ ὑπ' αὐτȣ̃ τȣ̃ ποταμȣ̃ φαίνεται τεθνηὼς, κατ' ἣν ἂν πόλιν ἐξενειχθῇ, τούτους πᾶσα ἀνάγκη ἐστὶ ταριχεύσαντας αὐτὸν, καὶ περιστείλαντας ὡς κάλλιστα, θάψαι ἐν ἱρῇσι θήκῃσι. οὐδὲ ψαῦσαι ἔξεστι αὐτοῦ ἄλλον ȣ̓δένα οὔτε τῶν προσηκόντων, οὔτε τῶν φίλων· ἀλλά μιν οἱ ἱρέες αὐτοὶ οἱ τȣ̃ Νείλȣ, ἅτε πλέον τι ἢ ἀνθρώπȣ [b] νεκρὸν, χειραπτάζοντες θάπτȣσι.

Ϟα'. Ἑλληνικοῖσι δὲ νομαίοισι φεύγȣσι χρᾶσθαι. τὸ δὲ σύμπαν εἰπεῖν, μηδ' ἄλλων μηδαμᾶ μηδαμῶν ἀνθρώπων νομαίοισι. οἱ μέν νυν ἄλλοι Αἰγύπτιοι ȣ̃τω τοῦτο φυλάσσȣσι· ἔστι δὲ Χέμμις πόλις μεγάλη νομȣ̃ τȣ̃ Θηβαϊκȣ̃, ἐγγὺς Νέης πόλιος· ἐν ταύτῃ τῇ πόλι ἔστι Περσέος τοῦ Δανάης ἱρὸν τετράγωνον· πέριξ δὲ αὐτȣ̃

[a] καλέσαι. [b] ἄνθρωπον.

Φοίνικες πεφύκασι. τὰ δὲ πρόπυλα τοῦ ἱροῦ, λίθινά ἐςι, κάρτα μεγάλα· ἐπὶ δὲ αὐτοῖσι ἀνδριάντες δύο ἑςᾶσι λίθινοι μεγάλοι. ἐν δὲ τῷ περιβεβλημένῳ τούτῳ νηός τε ἔνι, καὶ ἄγαλμα ἐν αὐτῷ ἐνέςηκε Περσέος. οὗτοι οἱ Χεμμῖται λέγουσι τὸν Περσέα πολλάκι μὲν ἀνὰ τὴν γῆν φαίνεσθαί σφι, πολλάκι δὲ ἔσω τοῦ ἱροῦ. σανδάλιόν τε αὐτοῦ πεφορημένον εὑρίσκεσθαι, ἐὸν τὸ μέγαθος, δίπηχυ· τὸ ἐπεὰν φανῇ, εὐθηνέειν ἅπασαν Αἴγυπτον [c]. ταῦτα μὲν λέγουσι· ποιεῦσι δὲ τάδε Ἑλληνικὰ τῷ Περσέϊ. ἀγῶνα γυμνικὸν τιθεῖσι διὰ πάσης ἀγωνίης ἔχοντα· παρέχοντες ἄεθλα, κτήνεα, καὶ χλαίνας, καὶ δέρματα· εἰρομένου δέ μευ ὅτι σφι μούνοισι ἔωθε ὁ Περσεὺς ἐπιφαίνεσθαι, καὶ ὅτι κεχωρίδαται Αἰγυπτίων τῶν ἄλλων, ἀγῶνα γυμνικὸν τιθέντες, ἔφασαν τὸν Περσέα ἐκ τῆς ἑωϋτῶν πόλιος γεγονέναι. τὸν γὰρ Δαναὸν καὶ τὸν Λυγκέα ἐόντας Χεμμίτας, ἐκπλῶσαι ἐς τὴν Ἑλλάδα,

[c] ἅπασαν τὴν Αἴγυπτον.

filii, quadratum ac palmeto circumdatum ; antefores hujus templi ſunt e ſaxis, valde magnae; in his ſtant duae grandes e lapide ſtatuae. In hoc ambitu eſt templum, et in eo ſimulacrum Perſei: quem Chemmitae memorant ſibi apparere frequenter per terram, frequenter intra templum: ejuſque ſandalium quod geſtabat, inveniri, bicubitali magnitudine: quod poſtquam apparuerit, exuberare omnem Aegyptum. Haec quidem ajunt. Celebrant autem Perſeo Graecanica haec; gymnicos ludos faciünt per omne certandi genus, propoſitis praemiis tum pecorum, tum palliorum, tum pellium. Percontanti autem mihi cur eis ſolis conſueviſſet apparere Perſeus, et cur ab Aegyptiïs aliis diſcreparent edendo gymnico certamine, ajebant Perſeum ex ipſorum civitate eſſe oriundum : Danaum enim et Lynceum, qui eſſent Chemmitae, ena-

vigaſſe in Graeciam: a quibus originem poſteritatis recenſentes deveniebant ad Perſeum. Hunc in Aegyptum profectum eam ob cauſſam quam et Graeci dicunt, laturum ex Africa caput Gorgonis, ajebant veniſſe quoque ad ipſos, ac cognatos omnes agnoviſſe. quos poſtquam agnoviſſet, nomine Chemmis ex matre audito in Aegyptum veniſſe, et ſe ei, quod juſſiſſet, gymnicum certamen celebrare.

92. Haec omnia Aegyptii qui ſupra paludes incolunt pro inſtitutis habent. Qui vero in paludibus, utuntur eiſdem quidem quibus ceteri Aegyptii legibus, ut tum alia, tum quod unuſquiſque ducit unam uxorem, quemadmodum Graeci: ceterum ad victus facilitatem alia haec ſunt eis excogitata. Siquidem quum fluvius eſt pleniſſimus et campi ſunt inſtar aequoris, in ipſa aqua oritur ingens vis liliorum, quae loton Aegyptii vocant. Ea

ἀπὸ δὲ τούτων γενεηλογέοντες, κατέβαινον ἐς τὸν Περσέα. ἀπικόμενον δὲ αὐτὸν ἐς Αἴγυπτον, κατ' αἰτίην ἣν καὶ [d] Ἕλληνες λέγουσι, οἴσοντα ἐκ Λιβύης τὴν Γοργοῦς κεφαλὴν, ἔφασαν ἐλθεῖν καὶ παρὰ σφέας, καὶ ἀναγνῶναι τοὺς συγγενέας πάντας. ἐκμεμαθηκότα δέ μιν, ἀπικέσθαι ἐς Αἴγυπτον, τὸ τῆς Χέμμιος οὔνομα πεπυσμένον παρὰ τῆς μητρός· ἀγῶνα δέ οἱ γυμνικὸν αὐτοῦ κελεύσαντος, ἐπιτελέειν.

ϟβʹ. Ταῦτα μὲν πάντα οἱ κατύπερθε τῶν ἑλέων οἰκέοντες Αἰγύπτιοι νομίζουσι. οἱ δὲ δὴ ἐν τοῖσι ἕλεσι κατοικημένοι, τοῖσι μὲν αὐτοῖσι νόμοισι χρέωνται τοῖσι καὶ οἱ ἄλλοι Αἰγύπτιοι· καὶ τἄλλα, καὶ γυναικὶ μιῇ ἕκαστος αὐτέων συνοικέει, κατάπερ Ἕλληνες. ἀτὰρ πρὸς εὐτελείην τῶν σιτίων, τάδέ σφι ἄλλα ἐξεύρηται· ἐπεὰν πλήρης γένηται ὁ ποταμὸς, καὶ τὰ πεδία πελαγίσῃ, φύεται ἐν τῷ ὕδατι κρίνεα πολλὰ, τὰ Αἰγύπτιοι καλέουσι λωτόν. ταῦτ'

[d] αἰτίην τὴν καί.

ἐπεὰν δρέψωσι [e], αὐαίνουσι πρὸς ἥλιον. καὶ ἔπειτα τὸ ἐκ τοῦ μέσου τοῦ λωτοῦ, τῷ μήκωνι [f] ἐὸν ἐμφερὲς, ὀπτήσαντες, ποιεῦνται ἐξ αὐτοῦ ἄρτους ὀπτοὺς πυρί· ἔστι δὲ καὶ ἡ ῥίζα τοῦ λωτοῦ τούτου ἐδωδίμη καὶ ἐγγλύσσει [g] ἐπιεικέως ἐὸν στρογγύλον, μέγαθος κατὰ μῆλον. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα κρίνεα ῥόδοισι ἐμφέρεα, ἐν τῷ ποταμῷ γινόμενα καὶ ταῦτα· ἐξ ὧν ὁ καρπὸς ἐν ἄλλῃ κάλυκι παραφυομένῃ ἐκ τῆς ῥίζης γίνεται κηρίῳ σφηκῶν ἰδέην ὁμοιότατον. ἐν τούτῳ τρωκτὰ ὅσον τε πυρὴν ἐλαίης ἐγγίνεται συχνά. τρώγεται δὲ καὶ ἁπαλὰ ταῦτα καὶ αὖα. τὴν δὲ βύβλον τὴν ἐπέτειον γινομένην, ἐπεὰν ἀνασπάσωσι ἐκ τῶν ἑλέων, τὰ μὲν ἄνω αὐτῆς ἀποτάμνοντες, ἐς ἄλλο τι τράπουσι· τὸ δὲ κάτω λελειμμένον ὅσον τε ἐπὶ πῆχυν, τρώγουσι, καὶ πωλέουσι. οἳ δὲ ἂν καὶ κάρτα βούλωνται χρηστῇ τῇ βύβλῳ χρᾶσθαι, ἐν κλιβάνῳ διαφανέϊ πνίξαντες, οὕτω τρώγουσι. οἱ δέ τινες αὐτῶν ζῶσι ἀ-

[e] δρέψωνται. [f] τῇ μήκωνι. [g] ἐγγλύσσει.

ubi demeſſuerunt, ad ſolem exſiccant: deinde quod medium loti eſt, papaveri aſſimile, poſtquam coxerunt, ex eo faciunt panes aſſos igne. Eſt autem hujus loti radix quoque eſculenta, etiam temperate edulcat, orbiculatum, mali magnitudine. Sunt et alia lilia roſis ſimilia, et ipſa in flumine naſcentia: quorum fructus in alio folliculo adnaſcente ex radice, ſimillimus ſpecie eſt favo veſparum. In eo bellaria inſtar nuclei olivae innaſcuntur denſa, quae et tenera comeduntur et arefacta. Jam vero byblum annuam ubi e paludibus extraxerunt, ſuperiorem ejus partem amputantes in aliud quiddam convertunt; quod relictum eſt inferius, longitudine cubitali, id edunt, ac venundant; et ſiqui admodum utili byblo uti cupiunt, in luculento furno torrefactam ita comedunt. Sunt praeterea ex eis qui ſo-

lis piſcibus victitant; quos ubi ceperunt, exenteratos ad ſolem ſiccant, ſiccatiſque deinde veſcuntur.

93. In fluminibus non fere gignuntur piſces gregales; ſed qui nutriuntur in ſtagnis, haec faciunt. Simulac inceſſit eis libido gignendi, gregatim in mare enatant, ducibus maſculis genituram ſpargentibus, quam feminae conſectantes abſorbent, et ex ea concipiunt. Eaedem ubi repletae in mari ſunt, remeant ſinguli rurſus ad loca ſibi conſueta, non amplius eiſdem anteeuntibus, ſed feminarum eſt ducatus. Gregatim autem praeeuntes, faciunt quemadmodum fecerant mares, ova fundentes inſtar milii parva, quae mares ſequentes deglutiunt. Sunt autem ea milii grana, piſces: quum ex granis quae manent integra, nec abſorbentur, ſed ubi ſunt nutrita, piſces fiant. Ex his piſcibus

πὸ τῶν ἰχθύων μούνων· τοὺς ἐπεὰν λάβωσι, καὶ ἐξέλωσι τὴν κοιλίην, αὐαίνουσι πρὸς ἥλιον, καὶ ἔπειτα αὔους ἐόντας σιτέονται.

ϟγʹ. Οἱ δὲ ἰχθύες οἱ ἀγελαῖοι ἐν μὲν τοῖσι ποταμοῖσι οὐ μάλα γίνονται· τρεφόμενοι δὲ ἐν τῇσι λίμνῃσι, τοιάδε ποιεῦσι [a]· ἐπεάν σφεας ἐσίῃ οἶστρος κυΐσκεσθαι, ἀγεληδὸν ἐκπλώουσι ἐς τὴν θάλασσαν· ἡγέονται δὲ οἱ ἔρσενες, ἀποῤῥαίνοντες τοῦ θοροῦ· αἱ δὲ, ἑπόμεναι ἀνακάπτουσι, καὶ ἐξ αὐτοῦ κυΐσκονται· ἐπεὰν δὲ πλήρεες γένωνται ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἀναπλώουσι ὀπίσω ἐς ἤθεα τὰ ἑωϋτῶν ἕκαστοι. ἡγέονται μέντοι γε οὐκέτι οἱ αὐτοὶ, ἀλλὰ τῶν θηλέων γίνεται ἡ ἡγεμονίη. ἡγεύμεναι δὲ ἀγεληδὸν, ποιεῦσι οἷόν περ ἐποίευν οἱ ἔρσενες. τῶν γὰρ ᾠῶν ἀποῤῥαίνουσι κατ᾽ ὀλίγους τῶν κέγχρων· οἱ δὲ ἔρσενες καταπίνουσι ἑπόμενοι [b]. εἰσὶ δὲ οἱ κέγχροι οὗτοι, ἰχθύες. ἐκ δὲ τῶν περιγινομένων καὶ μὴ καταπινομένων κέγχρων οἱ τρεφόμενοι, ἰχθύες γί-

[a] ποιέουσι. [b] ἐρχόμενοι.

νονται· οἳ δ᾽ ἂν αὐτέων ἁλῶσι ἐκπλώοντες ἐς θάλασσαν, φαίνονται τετριμμένοι τὰ ἐπ᾽ ἀριστερὰ τῶν κεφαλέων· οἳ δ᾽ ἂν ὀπίσω ἀναπλώοντες, τὰ ἐπὶ δεξιὰ τετρίφαται. πάσχουσι δὲ ταῦτα διὰ τόδε· ἐχόμεναι τῆς γῆς ἐπ᾽ ἀριστερὰ καταπλώουσι ἐς θάλασσαν· καὶ ἀναπλώοντες ὀπίσω, τῆς αὐτῆς ἀντέχονται ἐγχριμπτόμενοι, καὶ ψαύοντες ὡς μάλιστα, ἵνα μὴ [c] ἁμάρτοιεν τῆς ὁδοῦ διὰ τὸν ῥόον. ἐπεὰν δὲ πληθύεσθαι ἄρχηται ὁ Νεῖλος, τά τε κοῖλα τῆς γῆς, καὶ τὰ τέλματα τὰ παρὰ τὸν ποταμὸν, πρῶτα ἄρχεται πίπλασθαι [d], διηθέοντος τοῦ ὕδατος ἐκ τοῦ ποταμοῦ· καὶ αὐτίκα τε πλέα γίνεται ταῦτα, καὶ παραχρῆμα ἰχθύων σμικρῶν πίπλαται πάντα. κόθεν δὲ εἰκὸς αὐτοὺς γίνεσθαι, ἐγώ μοι δοκέω κατανοεῖν τοῦτο. τοῦ προτέρου ἔτεος ἐπεὰν ἀπολίπῃ ὁ Νεῖλος, οἱ ἰχθύες ἐκτεκόντες ὠὰ ἐς τὴν ἰλὺν, ἅμα τῷ ἐσχάτῳ ὕδατι ἀπαλλάσσονται· ἐπεὰν δὲ περιελθόντος τοῦ

[c] ἵνα δὴ μή. [d] πίμπλασθαι et mox πίμπλαται.

qui capiuntur, dum in mare exeunt, capitum ſiniſtram partem attriti apparent: qui autem retro remeantes, dextram habent attritam. idque ea de cauſſa patiuntur, quod in mare tendunt, a ſiniſtra terram legentes; et rurſus revertentes, eandem oram ſtringunt incurſantes tangenteſque validiſſime, ne itinere aberrent propter aquae decurſum. Nilo incipiente augeſcere, in primis cava terrae et lacunae fluvio proximae impleri incipiunt, percolante aqua ex flumine, et tum haec ſtatim plena fiunt, tum continuo cuncta piſciculis minutis opplentur. Unde autem veriſimile ſit eos gigni, hoc mihi videor intelligere; ſuperiore anno poſtquam Nilus abſceſſit, piſces qui ova in caeno pepererant, una cum poſtrema abeunt aqua: circumacto

rurſus tempore, ubi aqua reſtagnavit, protinus ex his ovis gignuntur piſces. Et circa piſces quidem ita ſe res habet.

94. Porro Aegyptii qui paluſtria accolunt, unguento utuntur ex fructu ſillicypriorum, quod appellant Aegyptii TEKI, hunc in modum conficientes. Sillicypria haec, quae apud Graecos ultro agreſtia naſcuntur, ad labra fluminum ſtagnorumque Aegyptii ſerunt, eaque in Aegypto multum quidem fructum ferunt, ſed graveolentem. Hunc ubi collegerunt, alii tuſum exprimunt, alii frictum excoquunt, et quod ex eo defluit excipiunt, pingue quiddam, et non minus ad lucernam idoneum quam oleum, ſed graveolentiam exhibens.

95. Sunt autem adverſus culices, quorum magna vis eſt, haec ab eis excogi-

χρόνου πάλιν ἐπέλθῃ τὸ ὕδωρ, ἐκ τῶν ᾠῶν τούτων παραυτίκα γίνονται οἱ ἰχθύες. καὶ περὶ μὲν τοὺς ἰχθῦς οὕτω [a] ἔχει.

Ϟδʹ. Ἀλείφατι δὲ χρέωνται Αἰγυπτίων οἱ περὶ τὰ ἕλεα οἰκέοντες, ἀπὸ τῶν σιλλικυπρίων τοῦ καρποῦ, τὸ καλεῦσι μὲν Αἰγύπτιοι τῆκι [b]· ποιεῦσι δὲ ὧδε· παρὰ τὰ χείλεα τῶν τε ποταμῶν καὶ τῶν λιμνέων σπείρουσι τὰ σιλλικύπρια ταῦτα, τὰ ἐν Ἕλλησι [c] αὐτόματα ἄγρια φύεται. ταῦτα ἐν τῇ Αἰγύπτῳ σπειρόμενα, καρπὸν φέρει πολλὸν μὲν, δυσώδεα δέ. τοῦτον ἐπεὰν συλλέξωνται, οἱ μὲν, κόψαντες, ἀπιποῦσι· οἱ δὲ καὶ φρύξαντες ἀπέψουσι, καὶ τὸ ἀποῤῥέον ἀπ' αὐτοῦ [d] συγκομίζονται. ἔστι δὲ πῖον, καὶ οὐδὲν ἧσσον τοῦ ἐλαίου τῷ λύχνῳ προσηνές· ὀδμὴν δὲ βαρέαν παρέχεται.

Ϟεʹ. Πρὸς δὲ τοὺς κώνωπας ἀφθόνους ἐόντας τάδε σφι ἐστὶ μεμηχανημένα· τοὺς

[a] ἰχθύες οὗτοι· καὶ περὶ μὲν τῶν ἰχθύων οὕτω. [b] κίκι. [c] τὰ γὰρ ἐν Ἕλλησι. [d] ἀποῤῥέον αὐτοῦ.

μὲν τὰ ἄνω τῶν ἑλέων οἰκέοντας οἱ πύργοι ὠφελέουσι, ἐς οὓς ἀναβαίνοντες, κοιμῶνται [e]· οἱ γὰρ κώνωπες ὑπὸ τῶν ἀνέμων οὐκ οἷοί τε εἰσὶ ὑψοῦ πέτεσθαι. τοῖσι δὲ περὶ τὰ ἕλεα οἰκέουσι τάδε ἀντὶ τῶν πύργων ἄλλα μεμηχάνηται. πᾶς ἀνὴρ αὐτέων ἀμφίβληστρον κέκτηται [f], τῷ τῆς ἡμέρης μὲν ἰχθῦς ἀγρεύει, τὴν δὲ νύκτα αὐτῷ χρᾶται ἐν τῇ ἀναπαύεται κοίτῃ· περὶ ταύτην ἵστησι τὸ ἀμφίβληστρον. καὶ ἔπειτα ἐνδὺς ὑπ' αὐτῷ, καθεύδει· οἱ δὲ κώνωπες, ἢν μὲν ἐν ἱματίῳ ἐνελιξάμενος [g] εὕδῃ, ἢ σινδόνι, διὰ τούτων δάκνουσι· διὰ δὲ τοῦ δικτύου οὐδὲ πειρῶνται ἀρχήν.

Ϟς'. Τὰ δὲ δὴ πλοῖά σφι τοῖσι φορτηγέουσι, ἐστὶ ἐκ τῆς ἀκάνθης ποιεύμενα, τῆς ἡ μορφὴ μέν ἐστι ὁμοιοτάτη [h] τῷ Κυρηναίῳ λωτῷ· τὸ δὲ δάκρυον, κόμμι ἐστί. ἐκ ταύτης ὦν τῆς ἀκάνθης κοψάμενοι ξύλα ὅσον τε διπήχεα, πλινθηδὸν συντιθεῖσι, ναυπηγεύμενοι τρόπον τοιόνδε· περὶ

[e] κοιμέονται. [f] ἔκτηται. [g] ἐλιξάμενος. [h] ὁμοίη.

tata. Illos quidem qui ſupra paludes incolunt, juvant turres quas dormituri aſcendunt. nam culices ventus prohibet in alto volare. At qui circa paludes habitant, alia turrium vice ſunt machinati, haec videlicet: Singuli ſuum habent rete, quo per diem piſces capiunt, eodem noctu utuntur ad cubile in quo requieſcunt. Circundant illud reti: deinde ingreſſi ſub illo ſomnum capiunt. qui ſi in veſte involuti aut in ſindone dormirent, eos per iſta culices morderent: per retia vero omnino nec conantur.

96. Naves eorum vectoriae ſunt factae e ſpina, cujus figura ſimillima eſt loto Cyrenaeo, et cujus lacryma gummi eſt. Ex hac igitur ſpina ligna caedentes, fere bicubitalia, more laterum componunt, hoc modo navem fabricantes: Ligna haec bicubitalia circum denſos ac longos

ſtipites circumnectunt: ubi hunc in modum compegerunt, deſuper tranſtra in illis tendunt. Coſtis nequaquam utuntur, ſed introrſum compages byblo inferciunt. Gubernaculum unum faciunt, et hoc per carinam trajicitur. Malò etiam ſpineo, et velis ex byblo utuntur. Haec navigia quidem flumen ſubire non poſſunt, niſi luculentus ingruat ventus, verum e terra propter trahuntur. Cum decurſu autem hoc pacto feruntur: Eſt crates ex myricâ facta, vimine arundinum conſuta, et lapis perforatus duorum fere talentorum pondo. ex his cratem fune ligatam, in anteriore parte navis ſinit inferri; lapidem verò alio fune ab tergo. Ita crates impetu aquae incidente, celeriter meat et trahit barim: hoc enim his navigiis eſt nomen. Lapis autem dum a tergo trahitur, fundo admotus dirigit

γόμφους πυκνοὺς καὶ μακροὺς περιείρουσι τὰ διπήχεα ξύλα· ἐπεὰν δὲ τρόπῳ τούτῳ ναυπηγήσωνται, ζυγὰ ἐπιπολῆς τίνουσι [a] αὐτῶν. νομεῦσι δὲ οὐδὲν χρέωνται· ἔσωθεν δὲ τὰς ἁρμονίας ἐν ὧν ἐπάκτωσαν τῇ βύβλῳ. πηδάλιον δὲ ἓν ποιεῦνται, καὶ τοῦτο διὰ τῆς τρόπιος διαβύνεται [b]. ἱςῷ δὲ ἀκανθίνῳ χρέωνται, ἱςίοισι δὲ βυβλίνοισι. ταῦτα τὰ πλοῖα ἀνὰ μὲν τὸν ποταμὸν οὐ δύνανται [c] πλέειν, ἢν μὴ λαμπρὸς ἄνεμος ἐπέχῃ· ἐκ γῆς δὲ παρέλκεται. κατὰ ῥόον δὲ κομίζεται ὧδε· ἔςι ἐκ μυρίκης πεποιημένη θύρη, κατεῤῥαμμένη ῥιπεϊ καλάμων, καὶ λίθος τετρημένος διτάλαντος μάλιςά κη ςαθμόν. τούτων τὴν μὲν θύρην δεδεμένην κάλῳ ἔμπροσθε τοῦ πλοίου ἀπίει ἐπιφέρεσθαι, τὸν δὲ λίθον ἄλλῳ κάλῳ ὄπισθε. ἡ μὲν δὴ θύρη, τοῦ ῥόου ἐμπίπτοντος, χωρέει ταχέως, καὶ ἕλκει τὴν βᾶριν· (τοῦτο γὰρ δὴ οὔνομά ἐςι τοῖσι πλοίοισι τούτοισι) ὁ δὲ λίθος ὄπισθεν ἑλκόμενος [d], καὶ ἐὼν

[a] τείνουσι. [b] διαβαίνεται. [c] δύνανται [d] ὄπισθ. ἐπελκόμενος.

ἐν βυστῷ, κατιθύνει τὸν πλόον. ἔστι δέ σφι τὰ πλοῖα ταῦτα πλήθεϊ πολλὰ, καὶ ἄγει ἔνια πολλὰς χιλιάδας ταλάντων.

Ϟζ. Ἐπεὰν δὲ ἐπέλθῃ ὁ Νεῖλος τὴν χώρην, αἱ πόλιες [e] μοῦναι φαίνονται ὑπερέχουσαι, μάλιστά κῃ ἐμφερέες τῇσι ἐν τῷ Αἰγαίῳ πόντῳ [f] νήσοισι. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῆς Αἰγύπτου, πέλαγος γίνεται· αἱ δὲ πόλιες μοῦναι ὑπερέχουσι. πορθμεύονται ὦν, ἐπεὰν τοῦτο γένηται, οὐκέτι κατὰ τὰ ῥέεθρα τοῦ ποταμοῦ, ἀλλὰ διὰ μέσου τοῦ πεδίου. ἐς μέν γε Μέμφιν ἐκ Ναυκράτιος ἀναπλώοντι, παρ᾽ αὐτὰς τὰς πυραμίδας γίνεται ὁ πλόος. ἔστι δὲ οὐδ᾽ οὗτος, ἀλλὰ παρὰ τὸ ὀξὺ τοῦ Δέλτα, καὶ παρὰ Κερκάσωρον πόλιν. ἐς δὲ Ναύκρατιν ἀπὸ θαλάσσης καὶ Κανώβου διὰ πεδίου πλέων, ἥξεις κατ᾽ Ἄνθυλλάν τε πόλιν, καὶ τὴν Ἀρχάνδρου καλευμένην.

Ϟη΄. Τουτέων δὲ ἡ μὲν Ἄνθυλλα, ἐοῦσα λογίμη πόλις, ἐς ὑποδήματα ἐξαίρετος δίδοται τοῦ αἰεὶ βασιλεύοντος Αἰγύπτου τῇ

[e] πόλις [f] κόλπῳ.

cursum. Horum navigiorum ingens apud illos est copia, quorum quaedam vehunt multa millia talentorum pondo.

97. Quum regionem supergressus est Nilus, solae urbes apparent extantes, insulis Aegaei maris fere assimiles. Nam cetera Aegypti, pelagus sunt: ipsaeque urbes solae extant. Nec jam, quum hoc contingit, per alveos fluminis, sed per medium campi transmittuntur. Ex Naucrati quidem si ascendas Memphin versus, juxta pyramides ipsas fit navigatio: sed etiam haec tunc nulla est, verum juxta acumen Delta et urbem Cercasorum. A mari autem et Canobo Naucratin versus per campum navigans ad Anthyllam urbem venies, et illam quae vocatur Archandri.

98. Harum urbium Anthylla, quae est insignis, datur peculiaris in calceamenta uxori semper ejus qui in Aegypto

regnat. quod factum est ex quo Aegyptus fuit ditionis Persarum. Altera videtur mihi nomen habere ab Archandro Danai genero, Phthii filio, Achaei nepote. Archandri enim urbs nominatur. Sit forsitan et alius quis Archandrus; nequaquam tamen Aegyptium nomen est.

99. Hactenus quae vidi, quae novi, quae interrogando percepi dicta sunt: hinc pergam differere sermones Aegyptios quos audivi, addens et aliquid quod ipse viderim. MINEM, qui primus apud Aegyptum regnavit, ajebant sacerdotes pontibus separavisse quoque Memphin. nam fluvium totum praeterlabi montem sabulosum Africam versus. hunc ergo regem supra Memphin centum circiter inde stadia anfractum fluminis meridiem versus aggesta humo arefecisse quidem pristinum alveum; sed flumen facto alveo

γυναικί. τοῦτο δὲ γίνεται ἐξ ὅσου ὑπὸ Πέρσῃσι ἐστὶ Αἴγυπτος. ἡ δ' ἑτέρη πόλις δοκέει μοι τὸ οὔνομα ἔχειν ἀπὸ τοῦ Δαναοῦ γαμβροῦ Ἀρχάνδρου τοῦ Φθίου, τοῦ Ἀχαιοῦ. καλέεται γὰρ δὴ Ἀρχάνδρου πόλις. εἴη δ' ἂν καὶ ἄλλος τις Ἄρχανδρος· οὐ μέντοι γε Αἰγύπτιον τὸ οὔνομα.

ϞΘ'. Μέχρι μὲν τούτου, ὄψις τε ἐμή, καὶ [g] γνώμη, καὶ ἱστορίη ταῦτα λέγουσά ἐστι· τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε, Αἰγυπτίους ἔρχομαι λόγους ἐρέων, κατὰ ἤκουον. προσέσται δὲ αὐτοῖσι [h] τὶ καὶ τῆς ἐμῆς ὄψιος. Τὸν Μῖνα [i] πρῶτον βασιλεύσαντα Αἰγύπτου, οἱ ἱρέες ἔλεγον τοῦτον μὲν ἀπογεφυρῶσαι καὶ τὴν [k] Μέμφιν. τὸν γὰρ ποταμὸν πάντα ῥέειν παρὰ τὸ ὄρος τὸ ψάμμινον [l] πρὸς Λιβύης· τὸν δὲ Μῖνα ἄνωθεν, ὅσον τε ἑκατὸν σταδίους ἀπὸ Μέμφιος, τὸν πρὸς Μεσαμβρίης ἀγκῶνα προχώσαντα, τὸ μὲν ἀρχαῖον ῥέεθρον ἀποξηρᾶναι, τὸν δὲ ποταμὸν ὀχε-

[g] ὄψις τε ἐμοί, καὶ. [h] δέ τοι καὶ αὐτοῖσι. [i] Μῆνα bis et mox Μηνί: ſed eodem id tendit, quo cap. iv. [k] ἀπογεφυρῶσαι τὴν. [l] ψάμμινον.

τεῦσαι, τὸ μέσον τῶν ὀρέων ῥέειν. ἔτι δὲ καὶ νῦν ὑπὸ Περσέων ὁ ἀγκὼν οὗτος τοῦ Νείλου ὃς ἀπεργμένος ῥέει, ἐν φυλακῇσι μεγάλῃσι ἔχεται, φρασσόμενος ἀνὰ πᾶν ἔτος. εἰ γὰρ ἐθελήσοι ῥήξας ὑπερβῆναι ὁ ποταμὸς ταύτῃ, κίνδυνος πάσῃ Μέμφι κατακλυσθῆναί ἐστι. ὡς δὲ τῷ Μινὶ τούτῳ τῷ πρώτῳ γενομένῳ βασιλέϊ χέρσον γεγονέναι τὸ ἀπεργμένον, τοῦτο μὲν, αὐτῷ [a] πόλιν κτίσαι ταύτην, ἥτις νῦν Μέμφις καλέεται. ἔστι γὰρ καὶ ἡ Μέμφις ἐν τῷ στεινῷ τῆς Αἰγύπτου· ἔξωθεν δὲ αὐτῆς περιορύξαι λίμνην ἐκ τοῦ ποταμοῦ πρὸς βορέην τε καὶ πρὸς ἑσπέρην [b]. τὸ γὰρ πρὸς τὴν ἠῶ αὐτὸς ὁ Νεῖλος ἀπέργει. τοῦτο δὲ, τοῦ Ἡφαίστου τὸ ἱρὸν ἱδρύσασθαι ἐν αὐτῇ, ἐὸν μέγα τε καὶ ἀξιαπηγητότατον.

ρʹ. Μετὰ δὲ τοῦτον, κατέλεγον οἱ ἱρέες ἐκ βύβλου ἄλλων βασιλέων τριηκοσίων τε καὶ τριήκοντα οὐνόματα. ἐν τοσαύτῃσι γενεῇσι ἀνθρώπων, ὀκτωκαίδεκα μὲν

[a] τοῦτο μὲν ἐν αὐτῷ [b] καὶ ἑσπέρην.

duxisse, ut per medium montium flueret. Adeo nunc quoque sub Persis iste anfractus Nili qui coërcitus fluit, magnis praesidiis custoditur, quotannis obseptus. Quod si refringens flumen velit ea parte redundare, omnis Memphis adibit periculum ne aquis operiatur. Ab hoc Mine, qui primus extitit rex, quum id unde abactus erat fluvius, facta esset continens, partim eidem urbem hanc condidisse quae nunc Memphis appellatur. (est enim quoque Memphis in angustiis Aegypti sita) et extra eam aquilonem versus et vesperum ex flumine circumfodisse stagnum; (nam ab aurora ipse Nilus abigit) partim in ea urbe extruxisse templum Vulcani magnum et memoratu dignissimum.

100. Post hunc recensebant e libro sacerdotes nominatim alios trecentos ac triginta reges. In quibus tot aetatibus hominum, octo et decem fuissent Aethi-

opes, et una mulier indigena: ceteri, viri Aegyptii. Mulieri quae regnavit, fuit nomen idem quod in Babylonia, NITOCRIS. Quam dicebant ultam fuisse fratrem, ab Aegyptiis, apud quos regnabat, interemptum: quum eo interempto, regnum ad hanc detulissent. ultam autem fratrem, multis Aegyptiorum dolo absumptis. Nam extruxisse eam perlongum aedificium subterraneum, per caussam quidem novi operis, animo autem aliud agitantem: et convocatis ad convivium multis, quos praecipue noverat fraternae caedis autores, per occultum magnum canalem immisisse flumen discumbentibus. Haec quidem de illa referebant, atque insuper quum id fecisset, eam jecisse se in conclave cineris plenum, quò impunita esset.

101. Aliorum autem regum (non enim referebant aliquam operum spectationem) nullum esse splendorem, nisi

Αἰθίοπες ἦσαν, μίη δὲ γυνὴ ἐπιχωρίη· οἱ δὲ ἄλλοι, ἄνδρες Αἰγύπτιοι. τῇ δὲ γυναικὶ οὔνομα ἦν, ἥτις ἐβασίλευσε, τόπερ ἐν τῇ [c] Βαβυλωνίῃ, Νίτωκρις. τὴν ἔλεγον τιμωρέουσαν ἀδελφεῷ, τὸν Αἰγύπτιοι βασιλεύοντα σφέων ἀπέκτειναν· ἀποκτείναντες δὲ, οὕτω ἐκείνῃ ἀπέδοσαν τὴν βασιληΐην· τούτῳ τιμωρέουσαν, πολλοὺς Αἰγυπτίων διαφθεῖραι δόλῳ. ποιησαμένην γάρ μιν οἴκημα περίμηκες ὑπόγαιον, καινοῦν τῷ λόγῳ, νόῳ δὲ ἄλλα μηχανᾶσθαι. καλέσασαν [d] δέ μιν Αἰγυπτίων τοὺς μάλιστα μεταιτίους τοῦ φόνου ἤδεε πολλοὺς ἑστιᾷν· δαινυμένοισι δὲ, ἐπεῖναι τὸν ποταμὸν δι' αὐλῶνος κρυπτοῦ μεγάλου. ταύτης μὲν πέρι τοσαῦτα ἔλεγον. πλὴν ὅτι αὐτήν μιν, ὡς [e] τοῦτο ἐξέργαστο, ῥίψαι ἐς οἴκημα σποδοῦ πλέον, ὅκως ἀτιμώρητος γένηται.

ρα'. Τῶν δὲ ἄλλων βασιλέων, οὐ γὰρ ἔλεγον οὐδεμίην ἔργων ἀπόδεξιν, κατ' οὐδὲν εἶναι λαμπρότητος, πλὴν ἑνὸς τοῦ ἐσχάτου

[c] τόπερ τῇ. [d] καλέσαν. [e] αὐτὴν μὲν, ὡς.

αὐτῶν μοίριος. τοῦτον δὲ ἀποδέξασθαι μνημόσυνα, τοῦ Ἡφαίστου τὰ πρὸς Βορέην ἄνεμον τετραμμένα προπύλαια, λίμνην τε ὀρύξαι, τῆς ἡ περίοδος ὅσων [f] ἐστὶ σταδίων ὕστερον δηλώσω· πυραμίδας τε ἐν αὐτῇ οἰκοδομῆσαι, τῶν τοῦ μεγάθεος πέρι, ὁμοῦ αὐτῇ τῇ λίμνῃ ἐπιμνήσομαι. τοῦτον μὲν τοσαῦτα ἀποδέξασθαι· τῶν δὲ οὐδένα ἄλλων οὐδέν.

ρβ΄. Παραμειψάμενος ὦν τούτους, τοῦ ἐπὶ τούτοισι γενομένου βασιλέως, τῷ οὔνομα ἔην Σέσωστρις, τούτου μνήμην ποιήσομαι· τὸν ἔλεγον οἱ ἱρέες πρῶτον μὲν πλοιοίσι μακροῖσι ὁρμηθέντα ἐκ τοῦ Ἀραβίου κόλπου, τοὺς παρὰ τὴν [g] Ἐρυθρὴν θάλασσαν κατοικημένους καταστρέφεσθαι. ἐς ὃ πλέοντά μιν πρόσω, ἀπικέσθαι ἐς θάλασσαν, οὐκέτι [h] πλωτὴν ὑπὸ βραχέων. ἐνθεῦτεν δὲ, ὡς ὀπίσω [i] ἀπίκετο ἐς Αἴγυπτον, κατὰ τῶν ἱρέων τὴν φάτιν, στρατιὴν πολλὴν τῶν λαβὼν ἤλαυνε διὰ τῆς ἠπείρου, πᾶν ἔθνος

[f] ὁ περίμετρος ὅσων. [g] τοὺς περὶ τὴν. [h] μηκέτι. [i] δὲ, ὀπίσω.

unius, qui postremus horum extitit MOERIS. Hunc enim monumenta exstruxisse Vulcani antefores, ad ventum aquilonem vergentes: et stagnum fodisse, cujus ambitus quot sit stadiorum, posterius aperiam: et pyramides in eo erexisse, de quarum magnitudine simul cum ipso lacu mentionem faciam. Hunc itaque tantum operum edidisse: alios autem nihil prorsus.

102. Istos ergo praetergressus, ejus, qui his successit, regis nomine SESOSTRIS mentionem habebo. Istum dicebant sacerdotes, primùm quidem longis navibus ex Arabico sinu profectum, rubri maris accolas in suam potestatem redegisse: usque dum progrediens longius, venit in mare non jam navigabile vadis. Illinc ubi retro se in Aegyptum recepisset, secundum sacerdotum commemorationem, coacto ingenti exercitu per con-

tinentem perrexisse; omnesque gentes, quae occurrerent subegisse. Et quascunque earum nanciscebatur fortes et vehementer studiosas libertatis, in earum regionibus cippos statuebat, indicantes per litteras suum nomen et patriam, et quemadmodum ipse illas suis viribus subegisset: quarum vero urbes nullo proelio et facile cepisset, harum cippis inscripsit eadem, quae scripserat eis gentibus, quae viriles extiterant; atque etiam adscripsit muliebria genitalia, planum facere volens, illas imbelles extitisse.

103. Haec faciendo peragrabat continentem, donec ex Asia in Europam transgressus, Scythas subegit et Thraces; ad quos usque et non ulterius mihi videtur Aegyptius exercitus pervenisse, quoniam in istorum terra tituli positi apparent, non ultra. Hinc digressus retro ab-

τὸ ἐμποδὼν καταςρεφόμενος. ὁτέοισι μέν νυν αὐτέων ἀλκίμοισι ἐνετύγχανε, κ) δεινῶς γλιχομένοισι περὶ τῆς ἐλευθερίης, τούτοισι μὲν ςήλας ἐνίςη [a] ἐς τὰς χώρας, διὰ γραμμάτων λεγούσας τό, τε ἑωϋτοῦ οὔνομα, κ) τῆς πάτρης, κ) ὡς δυνάμι [b] τῇ ἑωϋτοῦ κατεςρέψατο σφέας· ὁτέων δὲ ἀμαχητὶ κ) εὐπετέως παρέλαβε τὰς πόλιας [c], τούτοισι δὲ ἐνέγραφε ἐν τῇσι ςήλῃσι κατὰ ταυτὰ κ) τοῖσι ἀνδρηΐοισι τῶν ἐθνέων γενομένοισι· κ) δὴ κ) αἰδοῖα γυναικὸς προσενέγραφε [d], δῆλα βουλόμενος ποιέειν ὡς εἴησαν [e] ἀνάλκιδες·

ργ΄. Ταῦτα δὴ ποιέων, διεξήϊε τὴν ἤπειρον· ἐς ὃ ἐκ τῆς Ασίης ἐς τὴν Εὐρώπην διαβὰς, τούς τε Σκύθας κατέςρεψατο κ) τοὺς Θρήϊκας. ἐς τούτους δέ μοι δοκέει καὶ οὐ προσώτατα ἀπικέσθαι ὁ Αἰγύπτιος ςρατός. ἐν μὲν γὰρ τῇ τούτων χώρῃ φαίνονται ςαθεῖσαι αἱ ςῆλαι· τὸ δὲ προσωτέρω τούτων, οὐκέτι. ἐνθεῦτεν δὲ ἐπιςρέψας ὀπίσω ἤϊε· καὶ ἐπεί τε ἐγένετο ἐπὶ

[a] ἀνίςη. [b] δυνάμει. [c] πόλις. [d] προσανέγραφε. [e] ὡς ἦσαν.

Φάσι ποταμῷ, οὐκ ἔχω τὸ ἐνθεῦτεν ἀτρεκέως εἰπεῖν εἴτε αὐτὸς ὁ βασιλεὺς Σέσωστρις ἀποδασάμενος τῆς ἑωϋτοῦ στρατιῆς μόριον ὅσονδὴ, αὐτοῦ καταλείπει [f] τῆς χώρης οἰκήτορας· εἴτε τῶν τινες στρατιωτέων τῇ [g] πλάνῃ αὐτοῦ ἀχθεσθέντες, περὶ Φάσιν ποταμὸν κατέμειναν.

ρδ'. Φαίνονται μὲν γὰρ ἐόντες οἱ Κόλχοι Αἰγύπτιοι. νοήσας δὲ πρότερον αὐτὸς, ἢ ἀκούσας ἄλλων, λέγω. ὡς δέ μοι ἐν φροντίδι ἐγένετο, ἠρόμην ἀμφοτέρους· καὶ μᾶλλον οἱ Κόλχοι ἐμεμνέατο τῶν Αἰγυπτίων, ἢ οἱ Αἰγύπτιοι τῶν Κόλχων. νομίζειν δ' ἔφασαν Αἰγύπτιοι τῆς Σεσώστριος στρατιῆς εἶναι τοὺς Κόλχους. αὐτὸς δὲ εἴκασα τῇδε, καὶ ὅτι μελάγχροές εἰσι καὶ οὐλότριχες. καὶ τοῦτο μὲν ἐς οὐδὲν ἀνήκει· εἰσὶ γὰρ καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι. ἀλλὰ τοῖσι δὴ καὶ μᾶλλον [h], ὅτι μοῦνοι πάντων ἀνθρώπων Κόλχοι καὶ Αἰγύπτιοι καὶ Αἰθίοπες περιτάμνονται ἀπ' ἀρχῆς τὰ αἰ-

f κατέλιπε. g στρατιωτέων ἐν τῇ. h δὴ μᾶλλον.

iit, et poſteaquam ad Phaſin flumen ſubſedit, quid inde contigerit, non habeo liquide dicere, utrum ipſe rex Seſoſtris, diviſo ſuo exercitu, partem qualemcunque reliquerit ad eam regionem incolendam, an aliqui militum pertaeſi peregrinationis errorem circa fluvium Phaſin ſubſtiterint.

104. Nam Colchi videntur Aegyptii eſſe: quod ipſe prius cogitatum quàm ex aliis auditum refero. Cujus rei quum mihi cura inceſſiſſet ut utroſque percontarer, magis Colchi reminiſcebantur Aegyptiorum, quam Aegyptii Colchorum. Dicebant autem Aegyptii ſe opinari Colchos e Seſoſtris eſſe exercitu. Ipſe autem ex hoc conjectabam, quod atro colore ſunt et criſpo capillo, (tametſi hoc pro nihilo putari poſſet, quum et alii ſint hujuſcemodi) ſed magis etiam inde, quod ſoli omnium hominum Colchi et Aegyptii et Aethiopes ab initio pudenda circumcidunt. Nam et Phoenices et Syri,

qui ſunt in Palaeſtina, didiciſſe ab Aegyptiis et ipſi confitentur. Syrii vero qui fluvium Thermodontem et Parthenium accolunt, et horum contermini Macrones, a Colchis ſe nuper didiciſſe ajunt. Hi enim ex hominibus ſoli ſunt qui circumciduntur: et apparet eos hoc facere more eodem Aegyptiis. Ipſi vero Aegytii atque Aethiopes, non queo dicere utri ab utris didicerint. nam videtur eſſe aliquid antiquum. Sed quod ex Aegypto, quum illic commercium haberent, didicerint, magnum mihi conjectanti robur eſt, quod Phoenices quotquot cum Graecis commercium habent, non amplius circa virilia imitantur Aegyptios, ſed eorum qui naſcuntur, virilia non circumcidunt.

105. Agedum et aliud de Colchis dicam, quemadmodum ſint ſimiles Aegyptiorum. Hi ſoli atque Aegyptii linum, et quidem eadem ratione elabo-

δοῖα. Φοίνικες δὲ καὶ Σύροι [a] οἱ ἐν τῇ Παλαιςίνῃ, καὶ αὐτοὶ ὁμολογέουσι παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκέναι· Σύριοι δὲ οἱ περὶ Θερμώδοντα καὶ Παρθένιον ποταμὸν, καὶ Μάκρωνες οἱ τούτοισι ἀςυγείτονες ἐόντες, ἀπὸ Κόλχων φασὶ νεωςὶ μεμαθηκέναι· οὗτοι γάρ εἰσι οἱ περιταμνόμενοι ἀνθρώπων μοῦνοι· καὶ οὗτοι Αἰγυπτίοισι φαίνονται ποιεῦντες κατὰ ταυτά. αὐτῶν δὲ Αἰγυπτίων καὶ Αἰθιόπων οὐκ ἔχω εἰπεῖν ὁκότεροι παρὰ τῶν ἑτέρων ἐξέμαθον. ἀρχαῖον γὰρ δή τι φαίνεται ἐόν· ὡς δ' ἐπιμισγόμενοι Αἰγύπτῳ ἐξέμαθον, μέγα μοι καὶ τόδε τεκμήριον γίνεται [b]. Φοινίκων ὁκόσοι τῇ Ἑλλάδι ἐπιμίσγονται, οὐκέτι Αἰγυπτίους μιμέονται κατὰ τὰ αἰδοῖα, ἀλλὰ τῶν ἐπιγινομένων οὐ περιτάμνουσι τὰ αἰδοῖα.

ρε΄. Φέρε νυν καὶ [c] ἄλλο εἴπω περὶ τῶν Κόλχων, ὡς Αἰγυπτίοισι προσφερέες εἰσί. λίνον μοῦνοι οὗτοί τε καὶ Αἰγύπτιοι ἐργάζονται καὶ κατὰ [d] ταυτά. καὶ ἡ ζόη

[a] Σύριοι. [b] τόδε μαρτύριον γίνεται. [c] φέρε δὴ ὦν. [d] ἐργάζονται κατά.

πᾶσα καὶ ἡ γλῶσσα ἐμφερής ἐστι ἀλλήλοισι. λῖνον δὲ τὸ μὲν Κολχικὸν, ὑπὸ Ἑλλήνων Σαρδονικὸν κέκληται· τὸ μέντοι ἀπ' Αἰγύπτου ἀπικνεύμενον, καλέεται Αἰγύπτιον.

ρϛ'. Αἱ δὲ στῆλαι, τὰς ἵστα κατὰ τὰς χώρας ὁ [c] Αἰγύπτου βασιλεὺς Σέσωστρις, αἱ μὲν πλεῦνες οὐκέτι φαίνονται περιεοῦσαι· ἐν δὲ τῇ Παλαιστίνῃ Συρίῃ αὐτὸς ὥρεον ἐούσας, καὶ τὰ γράμματα τὰ εἰρημένα ἐνεόντα, καὶ γυναικὸς αἰδοῖα. εἰσὶ δὲ καὶ περὶ Ἰωνίην δύο τύποι ἐν πέτρῃσι ἐγκεκολαμμένοι τούτου τοῦ ἀνδρὸς, τῇ τε ἐκ τῆς Ἐφεσίης ἐς Φώκαιαν ἔρχονται [f], καὶ τῇ ἐκ Σαρδίων ἐς Σμύρνην. ἑκατέρωθι δὲ [g] ἀνὴρ ἐγγέγλυπται, μέγαθος πέμπτης σπιθαμῆς, τῇ μὲν δεξιῇ χερὶ ἔχων αἰχμὴν, τῇ δὲ ἀριστερῇ τόξα [h], καὶ τὴν ἄλλην σκευὴν ὡσαύτως· καὶ γὰρ Αἰγυπτίην καὶ Αἰθιοπίδα ἔχει. ἐκ δὲ τοῦ ὤμου ἐς τὸν ἕτερον ὦμον διὰ τῶν στηθέων γράμματα

[c] κατὰ χώραν ὁ. [f] κατέρχονται. [g] ἑκατέρωθεν δέ. [h] τόξον.

rant: omnisque utrorumque vita et lingua similis est. Linum autem Colchicum a Graecis Sardonicum appellatum est, quum illud quod ad Aegypto venit, appelletur Aegyptium.

106. Titulorum quos Sesostris rex Aegypti per regiones erexit, plerosque jam patet non superesse. quosdam vero in Syria Palaestina ipse vidi superstites, et inscriptos, tum quibus dixi litteris, tum mulieris genitalibus. Circa Ioniam quoque duae hujus viri figurae visuntur in petris incisae: una quidem quâ ex Ephesio agro Phocaeam itur, altera vero, quâ e Sardibus Smyrnam versus. In utraque insculptus est vir magnitudine quinûm palmorum, dextra spiculum tenens, sinistra arcus, ceteramque item armaturam et Aegyptiam et Aethiopicam gestans: et ex humero ad alterum humerum perti-

nent per pectora ſacrae litterae Aegyptiae inſculptae haec indicantes: HANC EGO REGIONEM MEIS OBTINUI HUMERIS. Quis tamen aut cujas fuerit, hîc quidem non indicat, ſed indicavit alibi. Ea quidam conſpicati, Memnonis imaginem eſſe conjectant, multum a veritate relicti.

107. Hunc igitur Seſoſtrin Aegyptiorum ſacerdotes dicebant, redeuntem, multoſque mortales earum gentium, quarum regiones ſubegerat, adducentem, eundem, poſteaquam ad Daphnas Peluſias revertens venerat, fuiſſe a fratre ſuo, quem Aegypto Seſoſtris praefecerat, ad hoſpitalia officia invitatum una cum liberis: et quum ille domum exterius materia circumſtipaſſet, ſtruemque incendiſſet, ne hunc intellecta extemplo cum uxore de-

ἱρὰ Αἰγύπτια διήκει ἐγκεκολαμμένα, λέγοντα τάδε, ΕΓΩ ΤΗΝΔΕ ΤΗΝ ΧΩΡΗΝ ΩΜΟΙΣΙ ΤΟΙΣΙ ΕΜΟΙΣΙ ΕΚΤΗΣΑΜΗΝ. ὅστις δὲ καὶ ὁκόθεν ἐστὶ, ἐνθαῦτα μὲν οὐ δηλοῖ, ἑτέρωθι δὲ δεδήλωκε. τὰ δὴ καὶ μετεξέτεροι τῶν θεησαμένων, Μέμνονος εἰκόνα εἰκάζουσί μιν εἶναι, πολὺ τῆς ἀληθηΐης ἀπολελειμμένοι.

ρζ. Τοῦτον δὴ τὸν Αἰγύπτιον Σέσωστριν ἀναχωρέοντα, καὶ ἀνάγοντα πολλοὺς [a] ἀνθρώπους τῶν ἐθνέων τῶν τὰς χώρας κατεστρέψατο, ἔλεγον οἱ ἱρέες, ἐπεί τε ἐγένετο ἀνακομιζόμενος ἐν Δάφνῃσι τῇσι Πηλουσίῃσι, τὸν ἀδελφεὸν ἑωϋτοῦ [b], τῷ ἐπέτρεψε Σέσωστρις τὴν Αἴγυπτον, τοῦτον ἐπὶ ξείνια αὐτὸν καλέσαντα, καὶ πρὸς αὐτῷ τοὺς παῖδας, περινῆσαι ἔξωθεν τὴν οἰκίην ὕλῃ· περινήσαντα δὲ, ὑποπρῆσαι. τὸν δὲ ὡς μαθεῖν τοῦτο, αὐτίκα συμβουλεύεσθαι τῇ γυναικί· καὶ γὰρ δὴ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτὸν ἅμα ἄγεσθαι. τὴν δέ οἱ

[a] πολίας. [b] αὐτοῦ.

συμβουλεῦσαι, τῶν παίδιων ἐόντων ἓξ, τοὺς δύο ἐπὶ τὴν πυρὴν ἐκτείναντα, γεφυρῶσαι τὸ καιόμενον, αὐτοὺς δ᾽ ἐπ᾽ ἐκείνων ἐπιβαίνοντας ἐκσώζεσθαι. ταῦτα ποιῆσαι τὸν Σέσωστριν· καὶ δύο μὲν τῶν παίδων κατακαῆναι τρόπῳ τοιούτῳ [a]. τοὺς δὲ λοιποὺς ἀποσωθῆναι ἅμα τῷ πατρί.

ρη΄. Νοστήσας δὲ ὁ Σέσωστρις ἐς τὴν Αἴγυπτον, καὶ τισάμενος τὸν ἀδελφεὸν, τῷ μὲν ὁμίλῳ τὸν ἐπηγάγετο, τῶν τὰς χώρας κατεστρέψατο, τούτῳ μὲν τάδε ἐχρήσατο· τούς τε οἱ λίθους τοὺς ἐπὶ τούτου τοῦ βασιλέος κομισθέντας ἐς τοῦ Ἡφαίστου τὸ ἱρὸν, ἐόντας μεγάθεϊ περιμήκεας, οὗτοι ἦσαν οἱ ἑλκύσαντες. καὶ τὰς διώρυχας τὰς νῦν ἐούσας ἐν Αἰγύπτῳ, πάσας οὗτοι ἀναγκαζόμενοι ὤρυσσον [b]. ἐποίεον τε οὐκ ἑκόντες Αἴγυπτον, τοπρὶν ἐοῦσαν ἱππασίμην, καὶ ἁμαξευομένην πᾶσαν, ἐνδεᾶ τούτων. ἀπὸ γὰρ τούτου τοῦ χρόνου Αἴγυπτος ἐοῦσα πεδιὰς πᾶσα, ἄνιππος καὶ ἀναμάξευ-

[a] τοιῷδε. [b] ὤρυξαν.

liberaſſe, (nam et uxorem ſimul duxerat) et ea ſuadente, ut duos e ſex liberis ſuper pyram extendens, pontem imponeret parti ardenti, ſuper quos ipſi tranſeuntes evaderent, ita feciſſe: et duobus filiis ita combuſtis, ceteros una cum patre fuiſſe ſervatos.

108. Seſoſtrin in Aegyptum reverſum, ultionem de fratre ſumpſiſſe: quam vero multitudinem e terris in poteſtatem redactis abduxerat, ea uſum in haec fuiſſe. Nempe iſti fuerunt, qui ſub hoc rege immenſae longitudinis lapides in templum Vulcani portatos traxerunt, quique divortia aquarum, quae nunc in Aegypto ſunt, cuncta fodiebant neceſſitate adacti, faciebantque non volentes, ut Aegyptum, totam prius equis et plauſtris agendis ubique idoneam, redderent his carentem. Nam ab eo tempore Aegyptus, quae omnis campeſtris eſt, inequitabilis

et plaustris inhabilis extitit, propter multiplices fossas et omnigenis modis ductas. Sic autem terram rex scindendam putavit, quia civitates quae non accolerent flumen, sed in medio Aegypti essent, refluente flumine laborantes penuria aquarum densioribus utebantur potionibus e puteis.

109. Propter haec Aegyptus incisa est; et ab hoc rege, ut dicebant, regio in omnes Aegyptios dispartita, soli quadrati aequa portione viritim per sortem data; atque hinc proventus instituti, imposita pensione, quam illi quotannis solverent. Quod si cujus portionem alluvione flumen decurtasset, is adiens regem, rei quae contigerat certiorem faciebat. rexque ad praedium inspiciendum mittebat qui metirentur quanto minus factum esset, ut ex residuo pro portione taxatum vectigal

τος γέγονε. αἴτιαι δὲ τούτων αἱ διώρυχες γεγόνασι, ἐοῦσαι πολλαὶ, καὶ παντοίους τρόπους ἔχουσαι. κατέταμνε δὲ τοῦδε εἵνεκα τὴν χώρην ὁ βασιλεύς· ὅσοι τῶν Αἰγυπτίων μὴ ἐπὶ τῷ ποταμῷ ἔκτηντο τὰς πόλις [c], ἀλλ' ἀναμέσους, οὗτοι ὅκως τε ἀπίοι ὁ ποταμὸς σπανίζοντες ὑδάτων, πλατυτέροισι ἐχρέωντο τοῖσι πόμασι ἐκ φρεάτων χρεώμενοι.

ρθ'. Τούτων μὲν δὴ εἵνεκα κατετμήθη ἡ Αἴγυπτος. κατανεῖμαι δὲ τὴν χώρην Αἰγυπτίοισι ἅπασι τοῦτον ἔλεγον τὸν βασιλέα, κλῆρον ἴσον ἑκάστῳ τετράγωνον διδόντα. καὶ ἀπὸ τούτου τὰς προσόδους ποιήσασθαι, ἐπιτάξαντα ἀποφορὴν ἀποτελέειν [d] κατ' ἐνιαυτόν. εἰ δέ τινος τοῦ κλήρου ὁ ποταμός τι παρέλοιτο, ἐλθὼν ἂν πρὸς αὐτὸν, ἐσήμαινε τὸ γεγενημένον· ὁ δὲ, ἔπεμπε τοὺς ἐπισκεψομένους, καὶ ἀναμετρήσοντας ὅσῳ ἐλάσσων ὁ χῶρος γέγονε, ὅκως τοῦ λοιποῦ κατὰ λόγον τῆς τεταγμένης ἀ-

[c] ἔκτηντο πόλις. [d] ἐπιτελέειν.

ποφορῆς τελέοι. δοκέει δέ μοι ἐνθεῦτεν γεωμετρίη εὑρεθεῖσα, ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπανελθεῖν. πόλον μὲν γὰρ, καὶ γνώμονα, καὶ τὰ δυώδεκα μέρεα τῆς ἡμέρης παρὰ Βαβυλωνίων ἔμαθον Ἕλληνες.

ρι΄. Βασιλεὺς μὲν δὴ οὗτος μοῦνος [e] Αἰγύπτιος Αἰθιοπίης ἦρξε. μνημόσυνα δὲ ἐλίπετο πρὸ τοῦ Ἡφαιστείου, ἀνδριάντας λιθίνους· δύο μὲν, τριήκοντα πήχεων, ἑωϋτόν τε καὶ τὴν γυναῖκα· τοὺς δὲ παῖδας ἐόντας τέσσερας, εἴκοσι πήχεων ἕκαστον. τῶν δὴ ὁ ἱρεὺς τοῦ Ἡφαίστου χρόνῳ μετέπειτα πολλῷ Δαρεῖον τὸν Πέρσην οὐ περιεῖδε ἱστάντα ἔμπροσθεν ἀνδριάντα, φὰς οὔ οἱ πεποιῆσθαι ἔργα οἷάπερ Σεσώστρῖ τῷ Αἰγυπτίῳ. Σέσωστριν μὲν γὰρ ἄλλα τε καταστρέψασθαι ἔθνεα οὐκ ἐλάσσω ἐκείνου, καὶ δὴ καὶ Σκύθας· Δαρεῖον δὲ οὐ δυνασθῆναι Σκύθας ἑλεῖν. οὔκων δίκαιον εἶναι ἱστάναι [f] ἔμπροσθεν τῶν ἐκείνου ἀναθημάτων, μὴ οὐκ ὑπερβαλλόμενον τοῖσι ἔργοισι [g]. Δα-

[e] δὴ οὗτος δὴ μοῦνος. [f] στῆναι. [g] τοῖσι ἐκείνου ἔργοισι.

penderetur: atque hinc geometria orta mihi videtur in Graeciam transcendisse. Nam polum et gnomonem, et duodecim diei partes a Babyloniis Graeci didicerunt.

110. Solus hic Aegyptius rex imperio potitus est Aethiopiae: monumetum quoque reliquit ante aedem Vulcani, lapideas statuas, duas quidem tricenûm, se et uxorem; quatuor autem filios, vicecenûm singulas cubitorum. His statuis longo post tempore quum Darii Persae statua anteponeretur, non tulit id sacerdos Vulcani, negans eum tales res gessisse quales gessisset Sesostris Aegyptius: quippe qui cum alias nationes non pauciores quam Darius, tum vero Scythas subegisset; Darium autem Scythas vincere non potuisse, eoque iniquum esse eum qui rebus gestis non supergrederetur sisti

ante illius donaria. Haec loquuto sacerdoti tamen ignovisse Darium ferunt.

III. Defuncto Sesostre, regnum suscepisse PHERON ejus filium ajebant, et hunc quidem nullam sumpsisse expeditionem, sed ei contigisse ut luminibus caperetur. idque hac de caussa: Quum flumen eo tempore copiosissimum descenderet ad octo et decem cubita, ita ut rura transcenderet, vento ingruente, magnos fluctus ciere fluvius incepit. Ferunt hunc regem facinus admisisse, quod sumptum spiculum in medios fluminis vortices contorserit: statimque post laborasse ex oculis, ac visum amisisse, decennioque caecum fuisse. Undecimo autem anno ex urbe Buto ei oraculum advenisse, jam exactum esse illi tempus calamitatis; visumque ei rediturum, si oculos abluisset lotio mulieris, quae ad suum solius virum accessisset, aliorum virorum expers.

ρεῖον μέν νυν λέγουσι πρὸς ταῦτα συγγνώμην ποιήσασθαι.

ρια΄. Σεσώστριος δὲ τελευτήσαντος, ἐκδέξασθαι ἔλεγον τὴν βασιληΐην τὸν παῖδα αὐτοῦ Φερῶν [a]· τὸν ἀποδέξασθαι μὲν οὐδεμίην στρατηΐην, συνενειχθῆναι δέ οἱ τυφλὸν γενέσθαι, διὰ τοιόνδε πρῆγμα. τοῦ ποταμοῦ κατελθόντος μέγιστα δὴ τότε ἐπ' ὀκτωκαίδεκα πήχεας, ὡς ὑπερέβαλε τὰς ἀρούρας, πνεύματος ἐμπεσόντος, κυματίης ὁ ποταμὸς ἐγένετο. τὸν δὲ βασιλέα λέγουσι τοῦτον ἀτασθαλίῃ χρησάμενον, λαβόντα αἰχμὴν, βαλέειν ἐς μέσας τὰς δίνας τοῦ ποταμοῦ· μετὰ δὲ, αὐτίκα καμόντα αὐτὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς, τυφλωθῆναι. δέκα μὲν δὴ ἔτεα εἶναί μιν τυφλόν· ἑνδεκάτῳ δὲ ἔτεϊ ἀπικέσθαι οἱ μαντήϊον ἐκ Βούτους πόλιος, ὡς ἐξήκει τέ οἱ ὁ χρόνος τῆς ζημίης, καὶ ἀναβλέψει, γυναικὸς οὔρῳ νιψάμενος τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἥτις παρὰ τὸν ἑωϋτῆς ἄνδρα μοῦνον πεφοίτηκε, ἄλλων ἀνδρῶν ἐοῦσα ἀπει-

[a] Φέρωνα.

ρος. καὶ τὸν πρώτης τῆς ἑωϋτȣ͂ γυναικὸς πειρᾶσθαι· μετὰ δὲ, ὡς οὐκ ἀνέβλεπε[b], ἐπεξῆς πασέων πειρᾶσθαι· ἀναβλέψαντα δὲ, συναγαγεῖν τὰς γυναῖκας τῶν ἐπειρήθη, πλὴν ἢ τῆς τῷ ȣ῎ρῳ νιψάμενος ἀνέβλεψε, ἐς μίην πόλιν, ἣ νῦν καλέεται Ερυθρὴ βῶλος· ἐς ταύτην συναλίσαντα, ὑποπρῆσαι πάσας σὺν αὐτῇ τῇ πόλι. τῆς δὲ νιψάμενος τῷ οὔρῳ ἀνέβλεψε, ταύτην δὲ εἶχε αὐτὸς γυναῖκα. ἀναθήματα δὲ, ἀποφυγὼν τὴν πάθην τῶν ὀφθαλμῶν, ἄλλα τε ἀνὰ τὰ ἱρὰ πάντα τὰ λόγιμα ἀνέθηκε, καὶ τοῦγε λόγον μάλιστα ἄξιόν ἐστι ἔχειν, ἐς τȣ͂ Ἡλίου τὸ ἱρὸν ἀξιοθέητα ἀνέθηκε ἔργα, ὀβελȣ̀ς δύο λιθίνȣς ἐξ ἑνὸς ἐόντα ἑκάτερον [c] λίθου, μῆκος μὲν ἑκάτερον πήχεων ἑκατὸν, εὖρος δὲ ὀκτὼ πηχέων.

ριβʹ. Τȣ́τȣ [d] δὲ ἐκδέξασθαι τὴν βασιληΐην ἔλεγον ἄνδρα Μεμφίτην, τῷ κατὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων [e] γλῶσσαν οὔνομα

[b] ἀνέβλεψε. [c] ἐόντας ἑκάτερον. [d] ὀκτώ. Τȣ́τȣ. [e] κατὰ τὴν Ἑλλήνων.

Eum ergo ante omnes urinam uxoris suae expertum, quum nihil amplius cerneret, omnium deinceps urinam expertum, tandem vidisse. Tumque omnes mulieres quas fuisset expertus (praeter eam cujus lotio lotus visum recepisset) unam in urbem coëgisse, quae Erythrebolos, *rubra gleba*, nunc dicitur, et eas illic coactas cum ipsa urbe omnes concremasse: at eam cujus lotio lotus visum recepisset, uxorem duxisse. Hac oculorum clade liberatus cum alia in omnibus templis fama celebratis donaria posuit, tum cujus maxime aequum est mentionem facere, in templo Solis digna spectaculo posuit, geminos saxeos obelos, ex uno utrumque lapide, centenûm cubitorum longitudinis singulos, octonûm latitudinis.

112. Huic in regno successisse ajebant virum Memphiten, cui nomen esset

lingua Graeca PROTEUS. cujus nunc apud Memphin visitur fanum, decorum valde ac sane adornatum, ad australem partem templi Vulcani positum, circumquaque Phoenicibus Tyriis habitantibus: qui locus plane omnis castra Tyriorum appellatur. In hoc fano Protei est aedes sacra, quae vocatur Veneris hospitae: quam conjicio esse Helenae Tyndari filiae; tum quia apud Proteum fuisse diversatam audivi, tum etiam quod cognomine Veneris hospitae appellatum est. Nam quaecunque sunt alia Veneris templa, neutiquam hospitae appellantur.

113. Et sane percontanti mihi sacerdotes de Helena, referebant ita rem esse gestam: Alexandrum, rapta Helena e Sparta, quum renavigaret domum, in Aegaeo ab expulsoribus ventis cursu excussum in Aegyptium pelagus: atque illinc,

Πρωτέα εἶναι· τοῦ νῦν τέμενός ἐςι ἐν Μέμφι κάρτα καλόν τε ϗ εὖ ἐσκευασμένον, τȣ̃ Ἡφαιςηΐȣ πρὸς νότον ἄνεμον κείμενον. περιοικέȣσι δὲ τὸ τέμενος τȣ̃το Φοίνικες Τύριοι. καλέεται δὲ ὁ χῶρος οὗτος ὁ συνάπας, Τυρίων ςρατόπεδον. ἔςι δὲ ἐν τῷ τεμένεϊ τοῦ Πρωτέος ἱρὸν, τὸ καλέεται ξείνης Ἀφροδίτης· συμβάλλομαι δὲ τȣ̃το τὸ ἱρὸν εἶναι Ἑλένης [a] τῆς Τυνδάρεω· ϗ τὸν λόγον ἀκηκοὼς, ὡς ἐδιαιτήθη [b] Ἑλένη παρὰ Πρωτέϊ· ϗ δὴ ϗ ὅτι ξείνης Ἀφροδίτης ἐπωνύμιόν [c] ἐςι. ὅσα γὰρ ἄλλα Ἀφροδίτης [d] ἱρά ἐςι, οὐδαμῶς [e] ξείνης ἐπικαλέεται.

ριγ'. Ελεγον δέ μοι οἱ ἱρέες ἱςορέοντι τὰ περὶ Ἑλένην γενέσθαι ὧδε· Ἀλέξανδρον ἁρπάσαντα Ἑλένην ἐκ Σπάρτης, ἀποπλέειν ἐς τὴν ἑωϋτȣ̃· καί μιν ὡς ἐγένετο ἐν τῷ Αἰγαίῳ, ἐξῶςαι ἄνεμοι ἐκβάλλȣσι ἐς τὸ Αἰγυπτίων πέλαγος. ἐνθεῦτεν

[a] ἱρὸν Ἑλένης. [b] ὡς διαιτήθη. [c] ἐπώνυμον. [d] γὰρ ἄλλη ἄλλης Ἀφροδίτης. [e] ὐδαμᾶ.

δὲ (ὐ γὰρ ἀνίει τὰ πνεύματα) ἀπικνέεται ἐς Αἴγυπτον, καὶ Αἰγύπτυ ἐς τὸ νῦν Κανωβικὸν καλεύμενον στόμα τῦ Νείλου, καὶ ἐς Ταριχείας· ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ἠϊόνος, ὃ καὶ νῦν ἐστι, Ἡρακλέος ἱρόν. ἐς τὸ ἢν καταφυγὼν οἰκέτης ὅτεω ἀνθρώπων ἐπιβάληται στίγματα ἱρὰ, ἑωϋτὸν διδοὺς τῷ θεῷ, οὐκ ἔξεστι τύτυ ἅψασθαι. ὁ νόμος οὗτος διατελέει ἐὼν ὁμοίως μέχρις ἐμεῦ τῷ ἀπ' ἀρχῆς. τῦ ὦν δὴ Ἀλεξάνδρυ ἀπιστέαται θεράποντες, πυθόμενοι τὸν περὶ τὸ ἱρὸν ἔχοντα νόμον. ἱκέται δὲ ἱζόμενοι[a] τῦ θεῦ, κατηγόρεον τοῦ Ἀλεξάνδρου, βουλόμενοι βλάπτειν αὐτόν· πάντα λόγον ἐξηγεύμενοι ὡς εἶχε περὶ τὴν Ἑλένην τε καὶ τὴν ἐς Μενελέων ἀδικίην. κατηγόρεον δὲ ταῦτα πρός τε τὺς ἱρέας καὶ τὸν τῦ στόματος τύτυ φύλακον, τῷ ὔνομα ἦν Θῶνις.

ριδ'. Ἀκύσας δὲ τύτων ὁ Θῶνις, πέμπει τὴν ταχίστην ἐς Μέμφιν παρὰ Πρωτέα ἀγγελίην, λέγουσαν τάδε, ' Ἥκει

[a] ἑζόμενοι.

non remittentibus flatibus appulſum in Aegyptum, et quidem ad oſtium Nili, quod nunc vocatur Canobicum, atque ad Taricheas. Erat in eo litore templum Herculis, quod nunc quoque eſt: ad quod ſiquis cujuſcunque hominis ſervus confugiens inuri ſibi curet ſacras notas, ſeſe deo tradens, eum nefas eſt tangere. Quae ſanctio ab initio ad meam uſque aetatem ſimiliter non mutata perſeveravit. Eam templi legem mancipia Alexandri quum audiſſent, ab eo profugerunt: ſedenteſque numinis ſupplices, Alexandrum inſimulabant, ei nocere volentes: remque omnem exponebant ut circa Helenam geſta erat, et illatam Menelao injuriam. Inſimulabant autem de his apud ſacerdotes et apud hujus oſtii praefectum, nomine Thonin.

114. His auditis, Thonis quam raptiſſime Memphin ad Proteum mittit hoc nuncium, his verbis: ' Peregrinus venit

'genere Teucer, qui rem nefariam in 'Graecia perpetravit: quippe decepit ho- 'spitis uxorem, quam ducens cum multis 'admodum opibus, in hanc terram ven- 'tis appulsus est: utrumne sinemus ergo 'eum abire illaesum, an ea quae attulit 'secum eripiemus?' Ad haec remisit Proteus qui diceret, 'Virum istum, quicun- 'que is sit qui rem nefariam in hospitem 'suum perpetravit, comprehensum ad me 'deducite, ut quidnam dicturus sit sci- 'am.'

115. Hoc ubi accepit Thonis, Alexandrum comprehendit, navesque ejus detinet: dehinc illum Helenamque cum opibus, atque etiam supplices Memphin duxit. Quibus omnibus allatis, Proteus percontatus est Alexandrum quisnam esset, et unde incepisset navigare. Alexander illi et genus suum commemoravit, et

